Joreny

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
20 — H
74

F
IX
9

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Dom Prof. Rom. S.I. Bibl. comm.

BELLVM VBI-QVISTICVM VETVS ET NOVVM INTER IPSOS LVTHERANOS BELLATVM, ET NEC-dum debellatum;

ex quo

EVIDENTER DE-MONSTRATVR, ECCLE-SIAM LVTHERANAM ESSE

falſam Eccleſiam; quia non eſt Vnitate fidei

VNA ECCLESIA.

Authore

LAVRENTIO FORE-RO SOC: IESV THEOLOGO in Academia Dilin-gana.

Cum facultate Superiorum.

DILINGAE.

Apud Erhardum Lochner.

ANNO *M. DC. XXVII.*

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENIS-SIMO PRIN-CIPI AC DOMINO, DOMINO WOLFGAN-GO VVILHELMO COMITI PALATINO RHENI, DVCI BAVA-riæ, Iuliæ, Cliuiæ & Montium, Comiti in Veldenz, Sponheim, Marckh, Rauen-ſpurg & Mörs, Domino in Rauen-ſtain &c. Domino meo clementiſſi-mo.

Laurentius Forerus è Societate Ieſu.

B*ELLVM SERENITATI VESTRAE offero, non cruentis manibus bellandum, ſed lachrymantibus oculis ſpectandum. Miſerabile ſpectaculum, cernere tot my-*

Digitized by Google

riades hominum ad lanienam & exitium ſempiternum rapi. Neq; enim hic de vita bellatur mortali, ſed immortali, vt veriſſimè, ſi vſpiam, liceat exclamare; NVLLA SALVS BELLO. Heu! quantæ animæ hoc fatali turbine perierunt? Bello hoc, inquam, Lutherano eoq; tam diuturno? tam multiplici? & intra viſcera Eccleſiæ Lutheranæ, ab ipſius incunabulis geſto? Anteſignanus huius Belli fuit infœlix Lutherus, qui ſimulatq; hoſtile ſignum contra Catholicos ſuſtulit, etiam ſeipſum mille contradictionibus iugulare cœpit; Eum mox ſecuti ſunt Abſalones, & vterini illius filij; inprimis Melanchthon, toties veteris doctrinæ deſertor, quoties nouæ amator. Amauit autem ardentiùs doctrinas nouas, quàm Salomon mulieres

Ammo-

niſmi *damnabit, vt faciunt Saxonici & Haſsiaci? At ſic ingratum, periurum, ſtolidum ſe probabit. Ingratum, quia multa beneficia à VVirtenbergicis accepit: periurum, quia in illorum fidem iurauit: ſtolidum, quia à Catholicis aliò fugere non potuit, quàm vbi ex Marcionis doctrina, Chriſtus tantùm* ſimulatè, *non* verè *paſſus ac mortuus diceretur. Saxonicos & Haſsiacos* Neſtorianiſmi & Photinianiſmi *accuſabit, vt faciunt VVirtenbergici? Qua ergo fronte Electori Saxoniæ ſuũ Librum dicat? eumq́;* inuariatæ Cõfeſsionis Auguſtanæ, & puri Euãgelij *defenſorem appellat?*

Quod autẽ de iſto Doctore cõmemoro, multis alijs Lutheranis hodie vſuuenire ſolet, qui miſerabiliter inter Sacrum & Saxum hærent, *nec ſciunt,*

demùm quid credere debeant, inter tot rixas, pugnas, & bella ſuorum Docto-rum. Annus ferè eſt, cum duo Legati Euangelici alicuius ciuitatis Imperia-lis, menſæ Reuerendiſsimi & Illuſtriſsi-mi Principis mei Henrici Epiſcopi Au-guſtani interfuerunt: Orto autem ſer-mone de hac Vbiquiſtica NOVA LI-TE, *interrogantur, vtrinam parti adhæreſcant? Saxonicis ne, an VVir-tenbergicis? Vnus eorum, qui erat Syn-dicus ciuitatis, ait, parum referre, v-tris ſe iungant; rem enim adiaphoram eſſe, nec de articulo neceſſario fidei diſ-ceptari. Obiecit Princeps; Agi de eo,* an Chriſtus verè pro nobis paſſus ac mortuus ſit? *Hunc eſſe neceſſa-rium articulum fidei. Negauit Syndi-cus, eſſe neceſſarium fidei articulum; oppoſuit ſe Syndico alter Legatus; Eia*

Domi-

Digitized by Google

Ammonitidas & Moabitidas 3. Reg. 11. quod teſtatur Confeſſio Auguſtana, & eius Apologia creberrimè ab illo viro conſtuprata, & in aliam aliamq́ formam transmutata. Prodierunt deinde in campum Illyrici, Oſiandri, Maiores, Amsdorffij, ſinguli ſingularium errorum & certaminum ſatores ac duces. His acceſſêre Brencij, Chemnitij, & Schmidelini, Vbiquiſtæ ſupra modum inſani, qui grandem ſecurim altiſsimo Incarnationis Myſterio auſi ſunt ſcelerata manu impingere: & quamuis hi Concordiſtæ ad tegendas ſuas diſſenſiones Librum Concordiæ *conſarcinârint, maior tamen poſt Concordiam, quàm anteà, fuit diſcordia. Nouiſsimè & Thummij, & Menzeri Claſsicum cecinerunt, & iam dudum dilaceratam Eccleſiam Lutheri-*

 ſticam

ſticam in plures partes violentiſſimè diſcerpſerunt; ut meritò cum Propheta Iſaia 1. v. 6 dicamus: à planta pedis vſq; ad verticem non eſt in (*Eccleſia Lutherana*) ſanitas; *quia non eſt in ea* VNITAS.

Id quod res ipſa palàm loquitur, & clamitant ſcripta publica, quam hoſtiliter inter ſe diſſideant, quàm acerbis calamis inter ſe pugnent Saxonici & VVirtenbergici, ut mirari ſatis non poſſim, qua ratione ante annum Tubingenſis quidam profeſſor Illuſtriſſimo Electori Saxoniæ Retractationem Manualis Catholici *auſus fuerit dedicare; Iubeatur ille Doctor edicere, cum Saxonicisne, an VVirtenbergicis ſentiat in Controuerſia illa* NOVA VBIQVISTICA? *Quid reſponſurus eſt? VVirtenbergicos* Marcioniſmi

Domine! inquiebat; à puero didici, eſſe neceſſarium fidei articulũ, quod Chriſtus pro nobis verè paſſus ac mortuus fuerit: ita me docet Symbolum Apoſtolicum: Cum autem ille pergeret ſua dicta defendere, factum eſt, vt iſti duo Lutherani contentâ voce inter ſe prolixiſſimè altercarentur, eſſetne ille fidei articulus, nec ne: idq́ planè cum gemitu & commiſeratione Catholicorum, qui adfuerunt. Ita nimirum concors eſt Lutheraniſmus.

Etſi porrò SERENITAS VESTRA non ſine mæſtiſſimo animi dolore Lutheranas has diſcordias, in quibus tanta ſtrages animarum editur, intueri poſſit; ex aduerſo tamen non poteſt non maximo gaudio perfundi, quando ſimul videt iſta omnia ſe ex tuto videre. Sanè in tuto eſt, qui ſupra

firmiſſimam Eccleſiæ Catholicæ PETRAM *totus fixus eſt, quam petram Inferorum portæ non euertent, inuulnerabilis enim eſt Eccleſia Catholica, nec læditur etiam tot ſæculis verberata; quia* VNA *eſt: iuxta illud Apoſtoli.* Vnum corpus & vnus Spiritus, &c. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, Vnus Deus & pater omnium. *Ad Epheſ. 4. v. 4. & 5.*

Vt autem etiam Libellus hic meus in tuto ſit, non debui aliunde certius præſidium ſperare, quam ſi ei SERENITATEM VESTRAM *Patronum deligerem. Ea enim eſt* Serenitatis Veſtræ *in Societatē noſtram benignitas atq́ propenſio; ea in vniuerſam Catholicam Religionem tuendam ſtudia, vt mihi tutelam hanc poſ-*

ſim

ſim meritò polliceri. Cætera momenta, quæ me impulêre, vt hunc laborem meum Serenitati Veſtræ *conſecrarem, exigua eſſent, ſi hic à me poſſent omnia percenſeri. Agnoſco me ex eo Ordine, qui* Serenitatis Veſtræ *Clementiſſimo affectui ſe ſuaq́ omnia debere & meritò agnoſcit, & libentiſſimè profitetur. Optimus Maximus Deus* Serenitati Veſtræ *omnem benedictionem copioſiſſimè impertiat, ad ſuam ipſius maiorem gloriam, & Orthodoxæ Catholicæ Eccleſiæ incrementum. Dilingæ ex Collegio Societatis* IESV, *8. Septembris, ipſo die Natali Beatiſſimæ Virg. Mariæ. 1627.*

Digitized by Google

AD LECTOREM.

Summa eorum, quæ in hoc libello tractantur, vnico, eoq; breui ſyllogiſmo comprehendi poteſt.

Syllogiſmus eſt iſte.

ILla Eccleſia non eſt V E R A *Eccleſia, quæ non eſt* V N A *Vnitate fidei. Atqui Lutherana Eccleſia non eſt* V N A V N I T A T E *fidei: ſed in fundamentalibus articulis diſcors. Ergo non eſt* V E R A *Eccleſia.*

Maior apud oẽs eſt in confeſſo, & probatur Conſideratione I. *pag* 62. *& ſeq. Minor probatur hoc toto Libello.*

I. *Ex duplici Bello Voiquiſtico, cuius origo & progreſſus hîc deſcribitur à pag.* 1. *vſq; ad* 62. *& à pag.* 175. *vſq; ad* 210.

II. *Ex proprijs ipſorum Lutheranorum teſtimonijs & Confeſſionibus:* Conſideratione 4. *fol.* 104. *& ſeqq.*

III. *Ex pluribus colloquijs & conuentibus ad pacem componendam in varijs locis fruſtra inter Lutheranos inſtitutis.* Conſideratione *eadem à fol.* 105. *vſq; ad fol.* 131.

IV. *Ex crebra mutatione & inconſtantia Confeſſionis Auguſtanæ, & illius Apologiæ. Conſideratione* 3. *pag.* 84. *& ſeqq.*

V. *Ex ipſius Libri Concordiæ diſcordia & Antilogijs. Conſideratione* 5 *fol.* 132. *& ſeqq.*

VI. *Ex mutabilitate & ſpiritu Contradictionis, quo Lutherus Eccleſiæ Lutheranæ Reformator & propagator in fundamentis fidei agitatus fuit. Conſiderat.* 6. *pag.* 140. *& ſeqq.*

Lege Lector, & intellige: & eiuſmodi Eccleſiam ſciſſam, fiſſam, ac laceram

F V G E.

V E T E-

VETERIS VBIQVISTICI

BELLI INTER IPSOS LVTHERANOS BELLATI origo & progreſſus vſq; ad annum 1580.

NATA eſt hæc controuerſia pæne cum ipſo Lutheraniſmo. Vix Triumuiri illi Lutherus, Carolſtadius & Melanchthon nefaria ſigna contra Eccleſiam Catholicam ſuſtulerunt, cùm inter illos ſinet quoq; acre exarſit bellum. Dum enim abeſſet Lutherus in ſua Pathmo anno Chriſti 1522. Carolſtadius Wittebergæ Archipresbyter, palàm abrogauit Miſſam, deiecit imagines, ſtudia litterarum ſuſtulit, & ruſticus ex Doctore factus

Digitized by Google

eſt, ſicut Melanchthon ex liberalium artium Magiſtro piſtor. Offendit ea res Lutherum; ideo Wittebergam accurrit, & Carolſtadium inhibuit, vt colligitur ex litteris Lutheri ad Fridericum Electorem Saxoniæ datis, tomo 2. epiſt. vbi ſe excuſat, quod ex Pathmo ſua, inſcio Principe, Wittebergam rediiſſet: & in tomo 1. Ger. Eisleb concionibus anno 1522. habitis Wittebergæ. Hæc prima inimicitiarum ſemina.

Vide Lutherũ ſerm. Sympoſ. Tit. de artib. liberal. Colloq. Altenburgenſe f. 403. Oſiandrũ Hiſt. Eccleſ. centur: 16. f. 85.

Orta deinde eſt quæſtio inter eoſdem de ſenſu illorum verborum, *Hoc eſt corpus meum*; in qua itidem diuortium ſententiarum fecêre. Carolſtadius enim figuratũ ſenſum proprio antehabuit, contra Lutherum. Cum autem Lutherus, ob inſitum faſtum, ægerrimè ferret ſibi Carolſtadium aduerſari, exconcitato animi feruore, aureum nummum ex pera extractum ipſi obtulit, dicens;

Accipe,

Accipe, & quantum potes, animosè contra me dimica. Carolſtadius accepto fatali aureo, manum Luthero in ſponſionem oblatæ & pactæ contentionis porrexit; in cuius confirmationem Lutherus ipſi viciſſim hauſtum vini propinauit, adhortans eum, ne ſibi parceret, ſed quantò vehementiùs ageret, tantò ſibi gratiùs fore. I. *Surius comment. rerum in Orbe geſtarum anno 1524.*

Prouocatus hâc ratione Carolſtadius, libellos aliquot de cæna edidit; cui mox alio libello reſpondit impigrè Lutherus. In Lutherum deinde cornua Zwinglius & Oecolampadius obuertunt, ſcriptiſque libris realem in Cæna corporis Chriſti præſentiam oppugnant.

Aduerſus hos vt ſe Lutherus defenderet, *Omnipræſentiam* corporis Chriſti, & Vnionem hypoſtaticam duarum naturarum, velut ſcutum Aiacis arripuit, vt teſtatur eius ſermo Wittebergæ contra *Spiritus fa-*

naticos habitus anno 1526. & Liber, *Quod verba Chriſti adhuc firmiter ſtent*, anno 1527.

Quia verò hæc altercatio quibuſdam valdè ſcandaloſa eſt viſa; Philippus Landgrauius Haſſiæ litem cõpoſiturus, Lutherum & Zwinglium Marpurgi anno 1529. ad colloquium conuocauit, tantumq; effecit, vt articuli nonnulli conſcriberentur, & typis vulgarentur, quibus vtriq; ſubſcripſerunt. Etſi autem circa principale negotium de cæna nulla pax conſtitui tunc poſſet, ab eo tamen tempore Lutherus Vbiquitatem Carnis Chriſti non ampliùs adhiberi voluit ad probandam realem corporis Chriſti præſentiam in S. Cæna. vt teſtantur illius verba Tomo 8. Ienenſi p. 375. vbi ait: *Neq; debet alia cauſa iſtius corporalis præſentiæ quæri, quàm tantùm, Chriſtus dixit, quòd ibi adeſſe velit.* Et poſt pauca. *De Vbiquitate vel in*

Oſiander Hiſtor. Eccleſ. centur. 16. lib. 2. c. 10.

omnibus locis præſentia non debet diſputari. Longè enim alia res eſt in hac cauſa (S. Cænæ videlicet) *Nam & Scholaſtici nihil de Vbiquitate loquuntur, ſed retinent ſimpliciter intellectum de corporali præſentia corporis Chriſti.* Ita refert Rudolphus Hoſpinianus in Concordia diſcorde fol. 10.

Obijciunt quidem aliqui, hæc verba non Lutheri, ſed Philippi eſſe; ſed falſò hoc obijci, demonſtrat idem Hoſpinianus ibidem; vbi ſic ſcribit. *Primus hanc eluſionem Lucas Hoſiander confinxit, qui in libro quodam ſcripſit, hæc verba non Lutheri, ſed Philippi eſſe, qui ea in librum quendam Georgij Maioris anno 60. propriâ manu ſcripſerit, quæ in tomos poſtea operum Lutheri per imprudentiam, tanquam Lutheri, irrepſerint. Cum autem fama huius rei in aulam vſq; Electoris Saxoniæ Auguſti penetraſſet, ſcripſit elector in ſeptimana Paſchali anno 74. ad Georgium Maiorem,*

iorem, vt librum hunc, in quo hæc verba Philippi ſcripta eſſent, Dreſdam ad aulam Electoralem mitteret, vel ſi liber iſte in aliorum manus perueniſſet, ille ſaltem de hac tota re Electorem bonâ fide certiorem redderet, vt ſeſe haberet. Reſcripſit autem Electori Georgius Maior, & ſanctè teſtatus eſt, ſe neq; hunc librum, neq; hanc manum Philippi vnquam vidiſſe, vt teſtatur Pezelius in Apologia ad Danielis Hofmanni Reſponſionem de ſignis Sacramentariorum pag. 238. His adde, quod Heſshuſius in Colloquio Quedelburgenſi hæc verba tanquam Lutheri citat pag. 152. & apertè aſſirmat coram aduerſæ partis Theologis, Kirchnero, Zimmermanno, Selneccero & Kemnitio, Lutherum his verbis diſputationem de Vbiquitate retractaſſe, & abieciſſe, nec ei à dictis Theologis contradictum fuit.

Helmſtadienſes quoq; Theologi in ſcripto quodam ad Principem ſuum Iulium

lium Brunſuicenſem, ac anno 89. in lucem edito, inter alia ſic ſcribunt: Daß etliche fürgeben / der angezogene Spruch Lutheri ſey D. Philippi / vnd nicht Lutheri / Iſt eine leidige außflucht. Die den Herrn Philippum ſelbſt gehört haben / wiſſen ſich zuberichten / daß Philippus / wann er die *vbiquitet* verwarff / ſich pflegte auff die Zeugnuß zuberuffen / vnd ſind wir in E. F. G. *Corpore Doctrinæ*, auff diſen Rath / als Herrn Lutheri gewiſen / wie dann diſer *Locus* inn der *repetirten* Sächſiſchen *Confeſſion* die E. F. G. *Theologi* damals auch vnderſchrieben / zu dem Ende geſetzt iſt / daß man von der *vbiquitet*, nach demſelben Leben ſolte *pag. 9.*

Quod ad alteram obiectionem attinet, eam refutat apertiſſime Kemnitius, Lutheranorum non poſtremus: Is enim parte 2. Examinis Tridentini Concilij anno 1566. ſcripta & editâ ſic ſcribit: Fundamentum præſentiæ corporis Christi in Cœna Lutherus monuit,

non eſſe collocandum in diſputatione de Vbiquitate, ſed in veritate verborum Inſtitutionis.

II. Quare quemadmodum per reliquam Lutheri vitam, in Eccleſia Lutherana, de Vbiquitate altum fuit ſilentium; adeò vt nec in Auguſtana Confeſſione, nec in Apologia eiuſdem, vllum vſpiam de eâdem videre ſit verbulum: ita etiã poſt eius mortem in Saxonia tantiſper ignota fuit Vbiquitas; donec paulò poſt annum 1550. Ioannes Timanus Bremenſis miniſter Farraginem ederet, in qua ſubinde hæc propoſitio repetitur. *Caro Chriſti Vbiq; eſt.* Eodem tempore Ioachimus Weſtphalus Hamburgenſis miniſter librum emiſit, in quo aſſerit, *Chriſti corpus eſſe in omnibus locis, lapidibus, lignis, &c.*

Melanchthonis iudicium de Vbiquitate. De quo Melanchthon in Declaratione ſententiæ ſuæ de Flaccianorum Synodo ad Principes aliquot Germaniæ anno 1559. die 4. Maij ſic ſcripſit:

ſcripſit: *Hæ locutiones nouæ ſunt in Eccleſia Chriſtiana, inde vſq; ab initio: Nec dubium eſt, etiam Papiſtas ipſos cōdemnaturos eſſe illas, etiamſi in Sorbona Pariſienſi ſentētia ferenda ſit.*

Sub idem tempus fouere & propugnare *Omni præſentiam* cæpit Wirtenbergicus prædicans *Ioannes Brencius*, quamuis timidè ob Melanchthonē, quem verebatur, quēque ſciebat eſſe hoſtem Vbiquitatis; Socium Brencio Schmidelinus ſe adiunxit.

Mortuo igitur Philippo anno 1560. audentior factus Brencius, in apertum prorupit, & venum vniuerſæ Germaniæ ſuā doctrinam Vbiquiſticā expoſuit, librumq; de *perſonali Vnione duarum naturarum* ſcripſit, alium verò de *Maieſtate Chriſti.* Nec ſegnis Schmidelinus fuit, qui & ipſe *Theſes* & *Apologiam* fabricauit pro commento Vbiquitario. Schmidelino ſuccenturiatus eſt Andreas

Brencius Propagator Vbiquitatis.

Muſculus Francofurtenſis Scholæ ad Oderā Profeſſor, Martinus Chē-nitius, & alij, qui tamen ſinguli aliquid noui progenuerunt.

III. *Witteber-gici ſe op-ponunt Brencio & Schmi-delino.*

Hiſce opponunt ſeſe Wittebergenſes Theologi Lutherani, in *Iudicio* ſuo ad Electorem Saxoniæ de libris Brencij, aſſerentes talem doctrinam in Scholis Saxonicis antehac nunquam fuiſſe auditam & receptam. Deinde in Propoſitionibus de præcipuis illorum temporum controuerſijs: Tum in Latino Catechiſmo, nec non in *Stercomate*, ſeu Grundueſt *de perſona Chriſti contra nouos Marcionitas, Samoſatenos, &c.* Hinc factum, vt accuſarentur grauiter apud Electorem Auguſtum Wittebergenſes Theologi à Duce Wirtenbergico, Schmidelini & Brencij inſtinctu, quòd de perſona Christi & cæna nō rectè ſentirent.

Igitur Dreſdam anno 1571. vocantur Wittebergici cum aliorum prin-

principum Theologis; vbi *Formulam Conſenſus* conſcribunt, quâ *Vbiquitatem* damnant, & *Stercomatis* aſſerta approbāt; quibus & Lipſienſes ſunt adſtipulati. Ex illis ipſis tamen approbatoribus aliqui hanc *Formulam Conſenſus*, vt & librum *Stereomatis*, poſtea rurſùs mutatâ ſententiâ, condemnarunt. *Dreſdenſis Conſenſus.*

Interea Schmidelinus Vbiquitatis Apoſtolus, Principū aulas perreptat, & *Vbiq;* ſuam *Vbiquitatem* aut introducere, aut ſtabilire conatur, miris præſtigijs; quibus permoti Principes, inprimis Elector Saxoniæ *Auguſtus* anno 1574. Conuentum quindecim Theologorum Torgæ indixit, quorum nomina hæc fuerunt. Henricus Salmuth D. Lipſenſis Superintendēs, Paulus Crellius D profeſſor Witteberg. Wolffg. Harderus paſtor Lipſenſis. Adamus Rotherus Superintendens Epiſcopatus Mersburg. Daniel Greſſerus

Superintendens Dreſdenſis, Martinus Mirus, Georgius Lyſtenius aulici concionatores Dreſd. Nicolaus Jagenteüffel Superint. Annæmōtanus, Ioannes Cornicælius Superint. Hanenſis, Caſparus Heyderich Superint. Torgenſis, Samuel Iauchius Superint. Freybergenſis, Georgius Langeuoith D. Chemnicenſis, Franciſcus Strauſs Superint. Salzenſis in Thuring. Petrus Glaſer⁹ Concionat. Eccleſ. Dreſd. Caſparus Eberhart paſtor in Miſena. Hi Theologi *Concordiæ Formulam* conſcripſerunt, ad cuius ſubſcriptionem & approbationem mox omnes Paſtores & Doctores Eccleſiarum & Academiarum in Electorali Saxonia adigi cæperunt. Eam ob cauſam Georgius Maior Collegij Theologici Wittebergæ Senior à Conuentu Torgenſi vocatur, vt cum eo totius Collegij ſui nomine de approbatione & ſubſcriptione huius Formulæ ageretur.

Prima Torgenſis Formula.

Cum

Digitized by Google

Cum autem ex multis rumoribus Wittebergam allatis intellexiſſet Collegium de abrogatione Formulæ Dreſdenſis agi, dedit Georgio Maiori inſtructionem ſcriptam, in qua multis argumentis indicat, *Dreſdenſem Conſenſum* reſcindi non debere. Sed quia Georgi⁹ Maior, Pauli Crellij ſocer erat, à genero ſuo in contrariam partem eſt pertractus. Vocantur igitur Torgam ipſi reliqui Wittebergenſes Theologi; & Torgenſibus articulis, quibus Dreſdenſis Conſenſus abrogabatur, iubentur ſubſcribere. Cum autem id recuſarent, mandatur illis, vt ſeparatim in ciuium nonnullorum ædibus ſeſe contineant. Inde poſt tres hebdomades à politicis Conſiliarijs & Theologis accerſuntur, & ad ſubſcribendum vrgentur. Cum iterum abnuerent, manus inijciuntur quatuor profeſſoribus Wittebergicis Caſparo Crucigero, Henrico Mollero,

Wittebergici Doctores malè mulctantur.

Digitized by Google

lero, Chriſtophoro Pezelio & Friderico Widebramo; & Torgá pridie S. Ioannis Baptiſtæ anno 74. Lipſiam abducuntur, ibique in arce cuſtodiæ traduntur, ab inuicem ſeparati.

IV. Nihil hic de Doctore Cracouio & Benedicto Thalmanno dico, quorum priorem in carcere, poſteriorem in exilio mortuum dicit Hoſpinianus, hanc ob cauſam, quod Vbiquitati non fauerint; ob quam etiã Caſparum Peucerum Melanchthonis generum, & profeſſione medicum, decennali captiuitate multauit Elector Saxo, *eodem autore*.

Hoſpinianus in Concordia diſcorde fol. 39. b.

Etſi porrò Elector Saxoniæ putaret articulo illos Torgenſes (quæ quaſi prima formula Concordiæ fuit) à quindecimuiris illis procuſos, *purè Lutheranos* eſſe, minimè tamẽ ſatisfecerunt Ienenſibus, & alijs quibuſdam; eò quod Philippum Melanchthonem, & corpus doctri-

næ

næ eius non damnaſſent, nec *Vbiquitatem* carnis Chriſti approbaſſent. Hinc Lucas Oſiander in Centur. 16. Hiſt. Eccleſ. f. 841. ait; *quod in ijs adhuc aliquid præſtigiarum Caluiniſticarum latuerit.*

Principi itaque Electori placuit, anno ſexto ſupra ſeptuageſimum in arcem Liechtenbergenſem ad Albim iterum conuocare certos Theologos ad deliberandum, quomodo Concordia in Religione inſtitui poſſit: vbi ſuaſum Electori fuit 1, vt nouum Wittebergenſium *Catechiſmum*, *Corpus doctrinæ Philippi*, **Grundueſt**/ *ſeu Fundamenta doctrinæ Chriſtianæ*, & Dreſdenſem *Conſenſum* aboleret. 2. Vt alius conuentus inſtitueretur Theologorum, qui articulos Auguſtanæ Confeſſionis ordine perlegerent, & conſiderarent, quid cum illis conſentire, quid diſſentire videretur.

Conuentus Liechtenbergicus.

Quod factum deinde fuit iterum

rum Torgę, ad quam Synodum Elector Saxo ſuis adiungi voluit præcipuos Theologos Auguſtanæ Confeſſionis, nempe Electoris Brandenburgici, Ducis Brunſuicenſis, Wirtenbergenſis, &c. Huius conuentus præcipui directores nominati ſunt Kemnitius, Schmidelinus, Seelneccerus, Chytræus, &c. Hîc ante omnia laboratur, vt ſcripta VVittebergenſium & Philippi Melanchthonis, tanquam ſuſpecta & ambigua amoueantur. Tum abolitis Torgenſibus illis prioribus articulis, fabricatur noua formula Concordiæ, in qua etiam Vbiquitas canonizatur.

V.

Altera Torgenſis Formula.

Nouam hanc formulam deinde miſit Elector Saxoniæ Auguſtus ad alios alioſq; principes & ſtatus Auguſtanæ Confeſſionis per Germaniam, vt ſuum de ea judicium patefacere non grauarentur. Aliqui Cenſuras acres tranſmiſerunt, in

quibus

Digitized by Google

quibus errores grauiſſimos adnotarunt: præcipuè verò Theologi Haſſiaci, Bipontini, Holſati, Helmſtadienſes, &c. quas cenſuras recitat Hoſpinianus in *Concordia diſcordè* c. 12. Operæ precium eſt, quædam ex ijs huc transferre.

Haſſiaci Theologi cenſuerunt inter alia 1. per hanc nouam Concordiam Caluiniſtis & Pontificijs præberi materiam Lutheranos calumniandi; dum expreſſè in ea dicitur, quoſdam Theologos Auguſtanæ Confeſſionis ab ea defeciſſe: per huiuſmodi autem confeſſionem propriam, diſcordias Lutheranas magis patefieri & publicari. 2. Sibi non probari, quod vox *IMMVTATA* Auguſtanæ confeſſioni addatur; cum Electores & principes grauibus de cauſis in conuentu Naumburgenſi non primam tantùm, quæ Carolo V. Auguſtæ exhibita fuit, ſed etiam alteram, quæ anno

Cenſura Haßiacorum ſuperlibrũ Torgenſem.

no

no 40. & 42. locupletata VVitteber-
gicis typis lucem aſpexit, approba-
rint, & vt defenſam etiam in VVor-
VI. matienſi Colloquio contra Eccium
prò authentico ſcripto habuerint:
quæ omnia verbo *IMMVTA-
TA* improbentur, vt non modo ob
hanc cauſam Theologi, ſed etiam
Euangelici Electores ac Principes
leuitatis & inconſtantiæ accuſari &
argui poſſint. 3. Mirum videri,
quod cum iam tot annis *Corpus Do-
ctrinæ* Philippi habuerint pro *con-
ſenſu* Eccleſiarum Lutheranarum,
nunc alius liber prodeat, qui Cor-
pus Doctrinæ Lutheranæ ſit nuncu-
pandus, in quo nulla mentio fiat eo-
rũ ſcriptorũ, quæ in priore Corpore
Doctrinę laudabantur. 4. Manifeſtũ
eſſe, quod iuxta ſcripta incompara-
bilis viri Philippi Melanchthonis
(quæ antea corpori Doctrinæ in-
ſerta fuêre) omnes ferè Lutheranæ
Eccleſiæ & ſcholæ fuerint informa-
tæ,

tæ, quæ tamen ſcripta in hoc nouo corpore Doctrinæ reddantur ſuſpecta, & dubia, contra Lutherum, qui ſemper maximi fecerit Melanchthonis lucubrationes, &c. Vnde futura ſit maxima in Eccleſijs Lutheranis perturbatio, & nouæ prorſùs Doctrinæ introductio, &c. Hæc & plura Haſſiaci.

Sed & Adolphus Holſatiæ Dux ſuis Theologis hunc librum Torgenſem exhibuit, petijtq́; iudicium; & nominatim, *An hic liber ad Eccleſiæ ædificationem vtilis ac neceſſarius ſit?* Illi reſponderunt, *ſe non intelligere, quod vel ad Eccleſiam ædificandam, vel ad exorta diſſida remouenda, vel ad firmam concordiam in vna fide conſtituendam neceſſarius & vtilis eſſe poſſit*: Idque ob quatuor cauſas. 1. Quod iam ante habeant poſt Verbum Dei & Symbolum Apoſtolicum, Confeſſionem Auguſtanam, Apologiam, Articulos Schmalcal-dicos,

Cenſura Theologorum Ducis Holſatiæ ſuper eundem librum.

dicos, vtrumque Catechiſmum Lutheri. His Symbolis iuramento ſe obſtrictos, in quibus articuli fidei clariùs explicentur, quàm in hac formula; aut ſi quid prætereà obſcurum ſit, ex libris Philippi, qui adhuc viuente Luthero ſcripti ſint, id elucidari. Quare non eſſe neceſſariam hanc nouã Formulam. 2. Quod

VII. hic nouus liber anſam præbeat pontificijs obiectandi diſſenſiones Lutheranis. 3. Quod hoc ſcripto omnis generis opiniones ab inferis reuocentur, quæ dudum erant ſepultæ, & non ſolum plebi, ſed & ipſis Doctoribus ſint incognitæ, nõ ſine grandi periculo. 4. Quod hoc libro multæ phraſes contineantur verbo DEI & approbatis ſymbolis contrariæ: paradoxa item ex libro Brencij de Maieſtate Chriſti, quæ adhuc magnas turbas in Eccleſia ſint excitatura. Ita Holſatiæ Doctores.

Acceptis

Digitized by Google

Acceptis his alijſq́; cenſuris iuſſu Electoris Saxoniæ rurſùs conueniunt 12. Maij 1577. ſex delecti Vbiquitatis didaſcali, Schmidelinus, Kemnitius, Muſculus, Seelneccerus, Chytræus & Cornerus in *Bergenſi* monaſterio propè Magdeburgum: & veluti cenſores cenſurarum, examinant ſingulas; quæque ijs placent, inde in ſuum Librum tranſcribunt, quæ diſplicent, omittunt: & ſic *formulam Concordiæ* exaſciant, dedolant, exornant, ac Electori Saxoniæ tradunt; qui quamprimùm hunc Bergenſem partum iterum ad Electores, Principes, & Ciuitates Auguſtanæ Confeſſionis tranſmiſit, petijtq́ue ſingulorum conſilia, & iudicia, obnixe flagitans, vt ſubſcriptione ſua illum approbent; quo in lucem euulgari, & Papiſtis ac Caluiniſtis, diſſidia tam immania Lutheranæ Eccleſiæ obiectantibus, poſſit opponi. Mittunt haud

In Bergēſi monaſterio cuditur Liber Concordia.

VIII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

haud grauatè dicti Ordines ſua iudicia & cenſuras, ac denuò monent de quibuſdam grauibus erroribus nondum emendatis: deinde ſubſcriptiones differendas ſuadent, donec in libera Synodo liber examinetur & approbetur.

Inter tot tamque graues cenſuras, & admonitiones, Elector Saxoniæ Auguſtus in eam ſententiam, inclinare viſus eſt, ſubſcriptiones non eſſe vrgendas, nec librum hunc publicandum, niſi priùs in generali Synodo benè excuſſum & approbatum.

Hoc cum ſex illi Theologi Bergenſes ſubodorarentur, omnes artes & machinas adhibuerunt, vt Electorem alioſq; principes ab ea mente abducerent: Itaque Electori ſuggerunt, ſe animaduertere, librum Bergenſem tam multis Doctoribus & Principibus improbari, vt ſi ad Synodum liberam veniatur, de eius

ſub-

Digitized by Google

ſubſcriptione & publicatione penitus deſperandum ſit: potiùs ſubſcriptionem à ſingulis ſeorſim per litteras petendam, ita vt prius à maioribus eliciatur, ijs tamen, quos conſtet ad ſubſcribendum eſſe paratos. Deinde ad minores progrediendum, qui maiorum auctoritatem facilè ſequentur; reſeruatis ad extremum ijs, de quibus dubitaretur; excluſis verò ac præteritis ijs, de quibus deſperaretur. Ne qua autem diſſimilitudo Subſcriptionum appareret, Theologos adigendos eſſe, vt ſola nomina, & locum, cui ſeruiunt, adſcribant, omiſſis omnibus cenſuris vlterioribus aut gloſſis. In Ciuitatibus Imperialibus ſubſcriptionem non petendam à ſingulis miniſtris, ſed ſimul omnibus à Magiſtratu eam mandandam eſſe. Verum hæc meliùs cognoſcentur ex ipſis litteris Theologorum Bergenſium; quas recitat Hoſpinianus fol. 111.

vbi

vbi ita ſcribunt ad Electorem Saxoniæ.

Epiſtola Bergenſium Doctorum ad Electorem Saxoniæ.

Quia porrò C. V. hoc quoque nobis benignè injunxit, vt inuicem colloqui & conferre, ac etiam ſtatuere vellemus, quonam pacto iſta Theologis reliquorum Ordinum Auguſtanæ Confeſſionis, cum generalis Synodus conuocata fuerit, proponenda, vlteriusq; in hoc toto negotio progrediendum cenſeamus: deniq; vt cũ ibi de ſingulis ad hoc tum ſalubre opus promouendum neceſſarijs, aut vtilibus conſultauerimus, id totum C. V. ſignificemus, diſſimulare certè iſtud apud C. V. non debemus, Nihil fore nobis optatius, nec amabilius, quàm ſi ea eſſet omnium Miniſtrorum Auguſtanæ Confeſſionis apud omnes Ordines, qui eam profitentur, conſenſio: vt ex ijs omnibus Chriſtiana Synodus, ſine periculo grauiorum diſſidiorum ac controuerſiarũ, cogi poſſet. In qua de rebus Eccleſiæ magis neceſſarijs ac ſalutaribus ſimul conſilia inirentur.

Verum

Verùm, heu, nimium nobis compertum eſt (vel ex additamentis ad Torgenſe illud ſcriptum adiectis) eſſe adhuc in plerisq; locis plerosq; Eccleſiarum Miniſtros, qui circa Doctrinam prorſus MOROSOS ac PERTINACES ſeſe præbeant: ſed & Principes nonnullos in illis regionibus eiuſmodi opinionibus & præiudicijs imbutos eſſe, maximè ſuſpicamur. Si ergo tanta frequentia ac multitudo Theologorum conueniret, & ex ijs quidam (etſi fortè pauciores) alij in alios inſurgerent, ſuosuè Magiſtratus animarent, aut ab illis ipſi in ſuis opinionibus obfirmarentur, neq; vllus inter nos cōſenſus obtineri poſſet, ſed ita alij ab alijs re infecta diſcedere cogerentur: ſatis animaduertere poteſt C. V. quantum inde lætitiæ non ſolum Sacramentarij, ſed & Papiſtæ concepturi eſſent: quàmq; graues in Eccleſijs noſtris apud pios hinc offenſiones oriri poſſent. Neq; enim quicquid ibi geſtum fuerit ſilentio obtege-

Confitētur Bergenſes plerosq; Lutheranos in plæriſque locis aliud ſentire.

IX.

Digitized by Google

tegetur aut occultum eſſe poterit. Itaq́ꝫ noſtra quidem hæc eſt ſententia, tutius omninò fore & extra omne periculum, ſi prius Chriſtianæ Concordiæ ſubſcriptio ab alijs Auguſtanæ Confeſſionis Ordinibus ſcripto aut per literas exigatur: Cuius noſtri conſilij executio hoc pacto poſſet inſtitui.

Vrgetur priùs ſubſcriptio, quàm Synodus generalis.

Primum vt ſubſcriptio hæc ante omnes exigatur à Theologis, qui penes eos ſtatus reſident, quos certò conſtat ex ipſorum adiectamentis purioris eſſe doctrinæ, quorumq́ꝫ haud dubiè ſubſcriptio mox ſubſequetur. Quales ſunt inprimis ambarum Celſitudinum Veſtrarum: itemq́ꝫ nunc Dei gratia, Illuſtriſſimi Electoris Ludouici Palatini Theologi: per quos ipſius Celſitudo Conſiſtoria ſua atq́ꝫ Eccleſias in toto Palatinatu nuper Chriſtianè reſtaurauit. Deinceps verò ab ijs, qui ſunt in inferiore Saxonia, & Mechelburgenſi, Luneburg: atq́ꝫ Brunſuicenſi ditione: Item, in Grubenhagio, ſimulq́ꝫ in maritima Saxoniæ parte,

Aſtutus modus praſcribitur colligendi Subſcriptiones.

XI.

parte, ac Ciuitatibus illi adiacentibus (vnicâ Bremâ, nunc quidem, exceptâ.) Tum demum ab ijs, qui ſunt in Franconiâ Germaniæ ſuperioris atq; in Sueuiâ. Item in Marchionatu Georgij Friderici ab Anſpach. Item in ditione Comitis Palatini Philippi Ludouici, ac Palatini Comitis Iohannis, Ducis VVirtenbergici: Marchionis item Badenſis: Tandem verò etiam à Theologis Ciuitatum liberarum ſuperioris Germaniæ, quales ſunt Ratisbona, Augusta Vindelicorum, Vlma. Danavvertum, Francofurtum. Argentina & pleræq; aliæ multæ numero. de quarum (exceptâ Noribergâ) Theologis, eorumq; ſubſcriptionibus dubitari non poteſt.

Cum verò eiuſmodi ſubſcriptio à ſupranominatis Illuſtriſſimis Electoribus Principibusq; alijs atq; liberis Ciuitatibus impetrata fuerit: poſſet deinde & à reliquis Imperij Ordinibus hiſce rationibus exigi: ſi hoc quidem tempore deliberandi ſpatium liberum illis

relinquatur, quo de hoc Chriſtiano inſtituto amplexando & ipſi ſeriò cogitẽt. Vbi enim illis de horum trium Illuſtriſſ. Electorum aliorumq; Ordinum vnanimi conſenſu per hanc ſubſcriptionem conſtabit: eorumq́; motiuæ cauſæ, quibus hactenus viſi ſunt retineri atq; impediri, refutatæ fuerint: fieri diuinâ mediante gratiâ poterit, vt & ab illis facilius eadem ſubſcriptio impetretur.

XII. *Cæterùm ne diuerſitas vlla in eiusmodi ſubſcriptionibus accidere poſſit, ſub qua falſi, inquieti atq; pertinaces Doctores latitare valeant: non erit hæc admonitio in eo ſcripto, quòd ad hanc ſubſcriptionem obtinendam emittetur, prætermittenda: vt videlicet omnes Theologi ſedulò caueant, ne ſinguli pro arbitrio in ſubſcribendo longas periodos, quæ ſpecialẽ aliquam explanationem contineant, vſurpare audeant: Sed nudum nomen duntaxat cum cognomine, ac loci, cui ſeruiunt (ſiue Eccleſiæ, ſiue Scholæ) deſignatione adſcribãt.*

Et

Et quandoquidem Aduerſarij noſtri Papiſtæ, tam intra, quàm extra Germanicæ nationis Imperium, Eccleſias noſtras accuſant, quaſi vix duo in illis Concionatores reperiantur, qui in omnibus Confeſſionis Auguſtanæ capitibus, idem ſentiant: hæc eſſet noſtra in eo ſententia, vt in ſubſcriptionibus obtinendis hic ordo ſeruetur: Vt primi quidem ſubſcribant Doctores Theologiæ, qui in Academijs ad Conſiſtoria accedunt, quò certius de illis conſtet quales ſint, ne ſcilicet per ipſos falſi Doctores in ſcholis, aut impuri Concionatores in templis introduci, recipiue aliquando poſſint. *Notandum.*

Deinde in ſingulis ciuitatibus Parochus cum ſuis Capellanis ſeu Vicarijs (vbi hi deſunt, Superintendens cum duobus Parochis ruri habitantibus) nõ ſolum proprio ſuo nomine, ſed etiam aliorum Parochorum, Capellanorum & Scholarcharum, qui ad eandem pertinent Diœceſim (modo prius ab ipſis *Formula ſubſcriptionis.*

 appro-

approbationem & poteſtatem ſubſcribendi obtinuerint) ſubſcribant in hunc ferè modum: Ego Iohan. N. Parochus Superintendens apud N. & cum eo N. & N. Parochus apud N. & N. N. Parochi itidē N. N. illi adiuncti ſubſcribimus tam pro nobis ipſis, quàm pro N. Parocho, Capellano & Scholarcha, qui ſunt omnes numero N. N.

Totidem ferè verba nec plura poſſent poſt generales iſtas (Theologorum cuiuſq; Principatûs, ac Ordinis) ſubſcriptiones adſcribi, quæ non multas paginas in hoc toto opere occuparent. Et multos bonos viros fortè iuuare poſſent, & à tam graui hæſitatione liberare, in quam falſis Papiſtarum perſuaſionibus induci potuerunt: Quaſi nullus ſit omnino inter vllos Euangelicos Concionatores doctrinæ conſenſus. Et hoc modo multa oborta ſcandala tolli facilè poſſent, quibus alioqui Spiritus Dei in multorum piorum cordibus fuit magna triſtitiâ effectus.

In

Digitized by Google

In ciuitatibus autē liberis cùm non multi ibi ſint Eccleſiarum miniſtri, Ne alij ab alijs effugij prætextum, ſuæ opinionis tuendæ causâ, ex eo captent, quòd ſinguli pro ſe ipſis non ſubſcribant: neceſſe foret, omnes ſimul ad ſubſcriptionem conuocari, quòd à Conſulibus & reliquis Magiſtratibus facilè præſtari poterit.

Ne porrò reliqui Principes Ordinesq́ Imperij (qui ad hoc vſq́ tempus nondum ſuam de eiuſmodi ſubſcriptione ſententiam clarè expoſuerunt) cauſari, conquerique iuſtè poſſint, eiuſmodi ſubſcriptionem à nobis pluralitate potius votorum illis obtrudi, quàm vllo veritatis teſtimonio: Et omnibus potiùs legitimam libertatem relinquendam, qualem in Eccleſia eſſe & æquum & ſolitum eſt; Hanc (inquam) ob cauſam exiſtimamus, omninò conſultius eſſe, vt, ſiquidem illi intra aliquod tempus clarius ſuam ſententiam non explicabunt, ſed pertinaciter in ſemel XIII.

conceptà opinione perſtiterint, neq́; ſimpliciter ab illis ſubſcriptio mordicusq́; exigatur, ſed ſcripto prius ipſorum motiuæ rationes firmiſſimis argumentis confutentur, addaturq́; neceſſaria admonitio firmis fundamentis ſubnixa, cur nõ potuerimus, nec poſſimus adhuc vlla alia ſcripta Philippi in hoc corpus inſerere, quam Auguſtanam Confeſſionem eiusq́; Apologiam. Quamuis alioqui eius expreſſa fiat alibi mentio: & liberum tum ſingulis Eccleſijs tum Scholis relinquatur, non minùs ipſius reliquis ſcriptis (ad præſcriptum tamen huius Declarationis ſeu Formulæ) vti, quàm cæterorum omnium ſcriptorum, tam nouorum, quàm veterum.

Quâ admonitione ad ipſos miſsâ, & ſubſcriptione huius formulæ demum amicè expetitâ: ſi tamen adhuc ſemel conceptæ opinioni pertinaciter adhæſerint, ne ſeſe meliùs erudiri patiantur; erimus ſanè erga ipſos debito officio functi: & facilè tum Illuſtriſſimi Ele-

Ctores,

ctores, cæteriq́ue Ordines, tum ipſorum Theologi excuſationem legitimam apud omnes conſequentur. Illi verò ſiue Principes, ſiue Ordines, qui ſubſcribere noluerint, nullam iuſtæ querimoniæ occaſionem prætexere poterunt, cùm ipſorum rationes non ſolùm ſilentio non fuerint prætermiſſæ, ſed etiam contrarijs rationibus ex verbo Dei confutatæ.

Ex quibus omnibus C.V. iam ſatis animaduertere, & exiſtimare poteſt, nos nunc quidem in hoc conuentu nullo modo ſtatuere potuiſſe, quomodo hæc propoſitio in generali ſynodo, ſi qua cogenda fuerit, Theologis Auguſtanæ Confeſſionis foret proponenda. Nam cùm illa non ſolùm ex principijs huius laudabilis ac verè Chriſtiani operis, repetenda ſit: ſed & tota pendeat ex Principum ac Statuum Auguſtanæ Confeſſionis mente & voluntate, de qua nondum conſtare ante inſtitutam & impetratam ſubſcriptionem poteſt:

Ea propter cùm certò conijci adhuc nequeat, quis ſit huius ſubſcriptionis futurus euentus, exiſtimamus, non poſſe adhuc eam propoſitionem hoc tempore concipi, ſed eſſe omnino eius rationes eo vſq; differendas, dum ſubſcriptio fuerit impetrata. Tum enim (ſi quidem eo modo, quem inſtituimus, ſubſequetur) clarius conſtabit, quid præcipuè in eo generali Conuentu proponendum foret. Nec tum valde ſollicitos eſſe Illuſtriſſimos Principes Electores, alioſq; Ordines oportebit, de contentionibus periculoſiſq; illis diſcordijs, quas plærumq; ex eiuſmodi Synodis ſubſequi ſolere, tum Eccleſiaſtica hiſtoria, tum quotidiana experientia teſtantur, &c.

Actum Bergæ prope Magdeburgum 28. Maij. 1577.

C. V. addictiſſimi atq; obſeruantiſſimi ſerui

KEMNITIVS, MVSCVLVS, CHYTRÆVS, SELNECCERVS, CORNARIVS ET IACOBVS ANDREÆ.

Digitized by Google

EX hoc procedendi modo planiſſimum fit, neutiquam memores fuiſſe iſtos *Bergenſes Paterculos* ſuæ Auguſtanæ Confeſſionis, in cuius Epilogo neceſſitas & vtilitas Synodorum generalium ipſi Cæſari proponitur & commendatur, his verbis: *Hac eſt vſitata & legitima via in Eccleſia dirimendi diſſenſiones, videlicet ad Synodos referre controuerſias Eccleſiaſticas. Hunc morem ſeruauit Eccleſia inde vſq; ab Apoſtolis, &c.* Hæc cum totidem verbis in Auguſtana confeſſione, pro qua ſeſe pugnare illi ſimulabant, contineri non ignorarent, cur ab hac tritâ & iuſtâ viâ deflectere voluerunt, niſi, quia ritu eorum, qui malè agunt, lucem oderunt?

Vide Auguſtanam Confeſſionem Witteb. 1562. editam apud Ioan: Lufft f. 19. b.

Hoc illorum conſilium cum approbaſſet Elector Auguſtus, alijſque principibus communicaſſet, non nullos in ſuam ſententiam pertraxit, videlicet, vrgendam eſſe ſubſcriptio-

ptionem ante Synodum. Extant litteræ Saxonis & Brandenburgici ad Philippum Ludouicum, & Ioannem Fratres Palatinos 9. Iunij 1577. datæ, quibus petitur, vt non ſolum ipſi ſubſcribant huic Formulæ, ſed etiã alijs ordinibus Auguſtanæ Confeſſionis eam diligenter commendent. Generalem quidem conuentum indicendum, ſed prius ſubſcribendum. Eadem ſcribit Elector Saxo ad Ducem VVirtenbergicum. Etſi autem hæc ita gererentur, tamẽ ex altera parte adhuc multi inſtabant pro libera & generali Synodo, nominatim Ioannes Princeps Bipontinus, vt patet ex eius Epiſtola, 20. Iulij anno 1577. ad Fratrem Neoburgenſem data.

Scripſit etiam VVilhelmus Lãdgrauius Haſſiæ de Recognitione Libri Bergenſis ad Senatores Secreti Couſilij Noribergẽſis Reip. 4. Sept. 1577. in hunc modũ. Electorem Sa-

xoniæ de iſto libro iudicium petere; quia verò res magni momenti ſit, ſe Norimbergẽſibus ſuam ſententiam communicare. Theologos Bergenſes vti hac phraſi, *Immutata Confeſſio Auguſtana*: qua maioribus ſuis turpem notam leuitatis inurant:
nam conſtare, eos emendato, & lo- XV.
cupletato exemplari Auguſtanæ Confeſſionis, viuente adhuc Luthero anno 41. & 42. in colloquijs vſos; quod & poſtea Naumburgi anno 1561. ab omnibus principibus proteſtantibus approbatum; & tandem Francofurti in Electione Ferdinandi ſit exhibitum. In prima Apologia *Tranſubſtantiationem* approbari, ad eam igitur Apologiam prouocari non poſſe. Conari præterea eos Lutherum, & omnia eius ſcri-
pta canonizare. Quamuis autem XVI.
Lutherus inſignis Eccleſiæ Doctor fuerit, cum tamen hominem fuiſſe, & labi potuiſſe. Vnde panis

Refert Hoſpinianus in Concordia diſcorde f. 88.

Landgrauius Haſsius ſcribit Norimbergenſi Reipublicæ.

Inconſtantia Lutherana.

Tranſ-

Tranſmutationem conceſſerit, *adorationem* eiuſdem & *eleuationem* approbarit; de matrimonio quædam perperam docuerit, & Exorciſmum non abrogarit. Quare ſcripta eius cum iudicio legenda, nec pro norma & regula habenda, niſi velint ſocij Auguſtanæ Confeſſionis ſuo Luthero, ſicut Franciſcani ſuo Franciſco adhæreſcere. Dogma quoque de Vbiquitate periculosè admiſceri doctrinæ de cæna; Brencij paradoxa Verbo Dei adiungi, contra illud Dei pronunciatum. *Non addetis verbum*, &c. Hæc Landgrauius.

Reſponderunt Noribergenſes, non ſolùm Landgrauio, ſed etiam Electori Saxoni; Multas cauſas obſtare, ob quas nequeant ſubſcribere Bergenſi Libro.

Norimbergenſiũ Reſponſio.

XVII. 1. Habere ſe Confeſſionem Auguſtanam pro norma, cui ſemel ſubſcripſerint, à qua nolint recedere,

re, quid igitur opus ſit nouo hoc libro?

2. Cum anno 1563. Norimbergæ inter Theologos exorta eſſet controuerſia, iam tum de articulis controuerſis factam eſſe declarationem, plurimum à *Bergenſi formula*, diſcrepantem; proinde ſe non poſſe illam formulam approbare, niſi leuiſſimè ab omnibus ſuis præteritis determinationibus, tanquam furioſi, velint diſcedere.

3. Nouas, & in ſuis Eccleſijs inauditas opiniones poni in formula illa Bergenſi, de libero arbitrio, de lege & Euangelio, de vſu legis, de Perſona CHRISTI, cum Auguſtana Confeſſione pugnantes, In quibuſdam etiam articulis contraria fundamenta poni; de libero arbitrio ſtatum controuerſiæ peruerti. Multos articulos ſuæ normæ antea conſentientes, alio iam planè modo in noua *Concordiæ formula*

mula declarari. *Scil. Hominem in conuerſione inſtar trunci, lapidis & columnæ ſalis eſſe.* Se conſtanter tenere Formulam Wittebergenſis Concordiæ anno 1536. factæ; Francofurtenſem Receſſum anni 1558. & Auguſtanam Confeſſionem Naumburgi anno 1561. approbatam.

Vbiquitas à Norimbergenſibus non agnoſcitur.

4. Repudiare ſe quoque maleferiatum, & veteribus incognitum dogma *Vbiquitatis*. Nam ſub initium renaſcentis lucis Euangelij, Eccleſias reformatas in tribus articulis de perſona Chriſti, & perſonali vnione duarum naturarum à Romana Eccleſia nunquam diſſenſiſſe, & conſtanter in hunc vſque diem in ea permanſiſſe, ideoque in omnibus Colloquijs cum pontificijs, hos articulos exceptos fuiſſe. Eos tamen iã longè aliter in Formula Concordiæ Bergenſis declarari, quàm à pontificijs, & quatuor Oecumenicis Conſilijs doceantur. Igitur

XVIII. *Lutheranis & Catholicis anno 1530 nulla lis fuit de Perſona Chriſti. Nouum*

vel

vel Concilijs nouum ſenſum affin-gi, vel per Concilia illa Bergenſem formulam damnari, vel ſimul contradictoria in eodem libro approbari; quæ omnia ſint abſurdiſſima. Denique à papiſtis accuſari Proteſtantes, quòd ab Auguſtana Confeſſione defecerint. Iam igitur probandum eſſe proteſtantibus *Vbiquiſtis*, papiſtas receſſiſſe ab illa Doctrina, quam tempore exhibitæ Confeſſionis Auguſtanæ docuerunt. Cum autem hoc demonſtrari non poſſit, & Noribergenſes ad huc eandē Doctrinam defendant, conſequens eſſe, non ſe, ſed *Vbiquiſtas* Bergenſes à vero ſenſu Auguſtanæ Confeſſionis receſſiſſe; ideoque ſe excuſandos, quod ipſorum dogmata probare nō poſſint. Ita Norimbergenſes. *igitur eſt Vbiquitatis commentum.*

Tandē vt quo quomodo ſatisfaceret Ordinibus Elector Saxo, iubet aliquot Theologos ad diem 8. Septemb. 1577. Zangerhuſij conuenire,

nire, deq́ue modo congregandi ſynodum generalem deliberare. Ibi decernunt iterum petendam ſubſcriptionem à ſingulis ante ſynodum.
XIX. Si tamen omninò præmittenda videatur ſynodus, ordinem præſcribunt, quem quiſque Electorum ac principum vocare, & quot Theologos debeat mittere. Cum autem interea nihilominus ſubſcriptiones Libri partim emendicarentur, partim extorquerentur, aut alijs modis colligerentur, ſynodus illa reipsâ nunquam habita eſt, Sed vicit tandem Bergenſiũ prædicantium ſuperbiſſimus Spiritus, quorum Liber in nullo libero generali conuentu antea examinatus & probatus, ſubſcriptionem tamen aliquot principum & ciuitatum eſt conſecutus. Quo obtento, ad priuatam ſubſcriptionem profeſſorũ, Superintendentium, miniſtrorum, ac Ludimoderatorum proceſſum eſt.

Vocati

Digitized by Google

Vocati ſunt igitur per diæceſes Eccleſiarum, Academiarum & Scholarum, omnis generis miniſtri & profeſſores. Ac primò poſita eſt illis ante oculos diſſenſio ſcandaloſa in Eccleſia Lutherana; quam nulli hactenus Conuentus potuerint ſopire: Scriptam tandem *Bergæ* hanc *Formulam*; collectas ac lectas eſſe plurium cenſuras, & opus accuratiſſimè emendatum: quod deinde properanter illis prælectum eſt; quo facto imperata ſubſcripto: additæ adhortationes ſpecioſæ, &c. Sed ne ſic quidem defuit querela. Opponebant aliqui, quod ſubſcribere iuberentur libro nunquam lecto, & celeriter tantum prælecto. Nonnulli, ſe prius corpori Doctrinæ Philippi ſubſcripſiſſe, quod nondum ſit palam retractatum aut refutatum: non ergo ſe poſſe conſcientiâ ſalua iam ſubſcribere huic libro in multis diuerſo. XX.

Alij

Alij ſe priùs coactos ſubſcribere articulis Torgenſibus; cum his itidem librum Bergenſem pugnare. Graue igitur eſſe toties ſubſcribere *Contradictorijs* Doctrinæ *Formulis.* De exemplarium deniq; Libri Concordiæ diſſimilitudine plurimi queſti ſunt.

Multos, quibus ſubſcriptio perſuaderi non poterat, hortati ſunt Bergenſes, (inquit Hoſpinianus) vt ſaltem exterius ſubſcribant, licet clàm maneant in priſtinâ ſuâ ſen-
XXI. tentiâ. Nonnulli, qui contra ſubſcriptionem vel hiſcere ſunt auſi, mox *Sacramentarij* proclamati, atrocibus calumnijs proſciſſi, ac ſolum mutare ſunt iuſſi.

Hæc & ſimilia in varijs locis acta. Vnde lepida illa hiſtoria, quam in Herzbergenſi colloquio VVolfgangus Amlingus coram Kemnitio, Muſculo, Selneccero & Schmidelino retulit; *Anno 77.* inquit,

Digitized by Google

quit, *ante Serueſtanas nundinas cum in Thuringia nobilis quidam cum mercatore ad hoſpitium veniſſet, & vnà Prædicans ac Monachus Erdfurdenſis menſæ aſſediſſet, tunc à nobili prædicãtem interrogatum, cur tam triſtis eſſet? Reſpondiſſe illum. Qui poſſem hilaris eſſe? Hodie in noſtro Conuentu coacti ſumus Bergenſi libro ſubſcribere; cui nobilis. Coacti? At conſcientiæ cogi non poſſunt. Reſpondit ille. Verè hoc dicis Domine. Sed pauperes habemus vxores ac liberos; quorum cauſa aliquid faciendum fuit, ne noſtras parochias deſerere cogeremur. Monachus autem* tota *mensâ ad hæc effuſiſſimè riſit.*

Herzbergenſe Colloquium f. 184.

Lepida Hiſtoria de ſubſcripſione Libri Concordiæ.

Fatetur etiam Heshuſius in ſua Excuſatione ad Brunſuicenſem anno 78. *Multos contra voluntatem ſuam ſubſcripſiſſe, nec in corde ſuo ſic vel ſentire, vel credere.* Idem factum eſſe in Coburgenſi, Vinarienſi, Brandeburgenſi ditione ex vario-

Hoſpinianus ibid. refert.

rum

rum epiſtolis teſtatur Hoſpinianus
XXII. f. 127. & ſeq. vbi addit: *Magdeburgenſes Theologi quoque coacti ſubſcripſerunt, vt & Mompelgardenſes.*

Refert deinde D. Beutherum in ſua ad Argentinenſium *Agendam* reſponſione ſic ſcribere. Es haben nicht allein etliche Hocherleuchte Chriſtliche Fürſten inn jhren Schrifften an beyde Churfürſten Saxen vnd Brandenburg geklagt/ wie jämmerlich die Kirchen vnnd Schulen in den dreyen Weltlichen Churfürſtenthumben vnnd andern Herrſchafften/ durch das fälſchlich alſo genannte vnnd vermeinte Concordi Buch zerriſſen/ vnd verſtöret werden/ wie erbärmlich man hin vnnd wider mit vilen armen Kirchen vnnd Schuldienern iſt vmbgangen; was für ſcharpffe inquiſitiones man wider ſie vnd jhre Bibliothecas angeſtellet; wie Tyranniſch auß Anſtifftung der Authorū ſolches Buchs gegen den fürnembſten vnnd getrewe-

ſten/

ſten in Kirchen/Schulen/vnnd Politiſchen Dienſten gehandelt/wie gar vnmenſchlich jhrer etliche vil Jahr in harten ſchweren Gefängknuß gepeinigt/gemartert vnd auffgehalten/rc. *Non ſolum aliqui Illuſtriſſimi Chriſtiani Principes in ſuis ſcriptis apud Electorem Saxonem & Brandeburgicum queſti ſunt, quam lamentabiliter Eccleſiæ & Scholæ in tribus ditionibus Electorum Sacularium per falſo nuncupatum Librum concordiæ lacerata & euerſa fuerint; quam miſerabiliter hinc inde multi miniſtri tractati; quàm acres inquiſitiones contra eoſdem & eorum bibliothecas inſtitutæ; quam tyrannicè, ex inſtigatione authorum Libri Concordiæ, aduerſus præcipuos & doctiſſimos viros, in Eccleſijs, ſcholis, & politicis Seruitijs actum; quàm deniq; inhumanè & barbarè eorum aliqui pluribus ānis in grauiſſimis carceribus afflicti, cruciati & detenti fuerint.* &c.

Hâc pulcherrimâ venandi arte Ber-

Bergenſes Theologi in ſua retia incluſerunt Miniſtros, & Ludimoderatores, collegeruntq́; ad octo millia ſuffragiorum.

Quia verò adhuc plurimi ſupererant, qui ſubſcribere recuſarunt, varij ſunt *Conuentus* in varijs locis habiti; quorum Acta breuiter deſcribit Hoſpinianus. c. 21. & 22. vbi agit de *Magdeburgenſi*, *Tangermundenſi*, *Langenſalzenſi*, & *Schmalcaldenſi* Conuentu: quibus c. 23. adiungit ſummam Colloquij Herzbergenſis inter Anhaldinos & Bergenſes Doctores, partim de alijs, partim de Vbiquitate habitum: & c. 24. certamen Argentinenſe inter Ioannem Pappum eius vrbis Concionatorem, & Ioannem Sturmium Scholæ Argentinenſis Rectorem, quod certamen ortum fuit anno 1578.

Varij Conuentus Lutheranorum.

Sequitur deinde *Conuentus Interbocenſis*, ac denique c. 25. *Inquiſitio Torgenſis*, Schmidelino auctore, inſti-

inſtituta; in qua cum alijs multis Bernſtenius & Berliptzius intrepidè præcipuis Reformationis Schmidelianæ capitibus contradixit. *Hoſpinianus f. 145. b. & 146. a.*

Paulò poſt in finibus Mechelburgenſis ditionis iterum Conuentus celebratus eſt quorundam principum, in quo Elector Saxo & Brandeburgicus Regem Daniæ, & Duces Holſatiæ, ac Pomeraniæ, ad ſubſcriptionem Bergenſis Pandoræ inuitarunt. Sed ſcripſit ad Regem Daniæ Paulus ab Eixen epiſtolam, in qua plures cauſas exponit, ob quas Concordiæ Formulam approbare ſe poſſe negat. XXIII.

Actum deinde denuò cum Landgrauio Wilhelmo, de ſubſcribendo Libro Concordiæ; quod cum ille recuſaret, & ſcripto cauſas ſuæ negationis redderet, Ioannes Bipontinus conuentum ſuorum Theologorum inſtituit 26. Nouemb. in quo Iacobo Heilbrunnero ſe Panthaleon Cã-

didus oppoſuit; aſſerens multas turbas excitaturum hunc librum Concordiæ, cum proteſtantes antehac ſemper cōteſtati ſint, inter ſe & pontificios (NB) nullam prorſus in articulo de perſona Chriſti, & alijs huic adiunctis eſſe controuerſiam.

Iudicium grauiſſimum & diligenter notandum de Libro Concordia.

Religionis quoque pacem (NB) hoc libro violari ac rumpi; eò quod nullum verbum ſit de Vbiquitate in Auguſtana Confeſſione, quæ ſola ſit in imperio cum papatu permiſſa.

Atque ob hanc cauſam factum eſt, vt ſubſcriptionem ſimpliciter recuſarent multi principes, nominatim iſti referuntur ab Hoſpiniano c. 35. Landgrauij Haſſiæ fratres quatuor, Wilhelmus, Ludouicus, Philippus & Georgius: Palatini item quatuor, Ioan. Caſimirus, Richardus, Ioannes Bipontinus, & Georgius Ioannes. Quatuor item Pomeraniæ Duces; Albertus quoque Fridericus Dux Pruſſiæ; Ioach. Erneſtus

neſtus Princeps Anhaldiæ, Chriſtophorus Dux Mechelburgenſis, & Duces Saxoniæ Lawenburgenſes. Comes item Hanouiæ Philippi Ludouici parens; Comites Naſſouij Ioannes & Ludouicus, &c.

Qui Principes & quæ Vrbes Lutheranæ ſubſcriptionem denegarint.

Ex vrbibus noluerunt ſubſcribere Magdeburgum, Norimberga, Spira, Wormatia, Francofurtum, Argentina, Brema & aliæ vt idem autor refert.

Inprimis verò Danorum Rex ſub pœna exilij prohibuit, ne quis huic libro ſubſcriberet, vel exemplar eius vnicum in regnum ſuum importaret: promouente cauſam hanc Doctore Nicolao Hemingio, quem in Dania cum ſuis prædicantibus longè aliam Doctrinam tradiſſe, quam tradatur in Libro Concordiæ, manifeſtum eſt ex eius *Enchiridio Theologico*, & *Syntagmate inſtitutionum Chriſtianarum*; Verbo, *Communicatio Idiomatum*.

Daniæ Rex proſcripſit á ſuo Regno Librum Cōcordiæ.

XXIV. Prohibuerunt ſimiliter ſubſcriptionem & approbationem Libri Concordiæ ſub graui pœna Ioannes & Adolphus Holſatiæ Duces: Sed & Iulium Brunſuicenſem Ducem pænituiſſe vehementer ſubſcriptionis dicitur.

His non obteſtantibus, nihilominus Schmidelinum in præfatione ad Theſes ſuas anno 80. Wittebergæ diſputatas gloriatum fuiſſe, ait Hoſpinianus, *Librum Concordiæ conſenſu* OMNIVM *piorum in Eccleſijs Auguſtanam Confeſſionem amplectentibus approbatum*. Item, *Auguſtum Electorem Saxoniæ omnium Ordinum Imperij ſententias rogaſſe, quorum* VNANIMI CONSENSV *in lucem prodierit iſte Liber*. Quod
XXV. mendacium maius eſt, quam *Mons Pilati* in Heluetia.

Quare licet Principes alijque Ordines ſubſcriptionem Concordiæ recuſantes vehementiſſimè inſtarent,

ſtarent, vt *Formula* iſta in generali Synodo examinanda priùs proponeretur, quàm typis euulgaretur: nihil tamen profecerunt; ſed Bergenſium Atheologorum ſuaſu effectum eſt apud eos, qui ſubſcripſerunt, vt anno 1580. Liber iſte excuſus in lucem publicam eluctaretur.

Liber Concordiæ tandem typis vulgatur, omiſsâ Synodo generali, quàm inſtanter ſtatus Lutherani petierunt.

Eluctatus autem ab Hoſpiniano dicitur non ſine egregia fraude. Nam licet multi non abſolutè, ſed cum conditione tantum ſubſcripſiſſent, nihilominus tamen nomina illorum ita nudè appoſita ſunt, ac ſi ſimpliciter & abſolutè ſubſcripſiſſent, omiſſis omnibus conditionibus. Atque hoc de Vbiquiſtico bello, vſque ad euulgationem Libri Concordiæ; iam quid poſtea ſecutum ſit audiamus.

*

QVÆ POST EDITVM LIBRVM CONCORDIAE GEſta ſint.

POSTQVAM typis excuſus eſt Liber Cōcordiæ, & palàm diuulgatus, ſtatim de iniurijs ac impoſturis nonnulli queſti ſunt, palinodiam canentes, & reuocātes ſuas ſubſcriptiones, tāquā per fraudē extortas; Alij teſtati ſunt, ſe ex collatione vtriuſque exemplaris, ſcripti videlicet & excuſi, deprehendiſſe magnam diuerſitatem.

XXVI. *Noua Querela variorum, qui Libro Cōcordiæ ſubſcripſerunt.*

Alij improbarunt, quòd omnis generis didaſcali, & obſcuriſſimi quiq; huic *Concordiæ* ſubſcripſerint nomina ſua, quo facto plurimùm de autoritate libri detraheretur. Id enim non ſolum nunquam factitatum in vllo veteri Concilio, ab Apoſtolis vſque; ſed etiam contemptam redde-

reddere *Concordiam*. Si enim Papiſtæ vellent hac ratione ſuffragia colligere, pro octo millibus ſubſcribentium habituros eſſe pluſquam octuagies octies centena millia eorum, qui ſubſcriberent.

Poſthæc non modò pontificij & Caluiniſtæ aduerſus Librum Concordiæ calamum ſtrinxerunt, ſed ex ipſis Lutheranis aliqui eundem ſtylo confodere non dubitarunt; vt patet ex Sturmij & Pappi altercationibus. Quæ cauſa fuit Schmidelino, vt anno 1580. in Nouembri Theſes Witebergæ ad publicam diſputationem proponeret *de perſona Chriſti, & Cœna Domini*, de quibus plura Hoſpinianus f. 198.

Liber Concordiæ impugnatur à Lutheranis, Catholicis, Caluinianis.

Prodijt breui pòſt Neuſtadienſium Theologorum *Admonitio* de Libro Concordiæ: necnon M. Chriſtophori Irenæi *Examen primi articuli*; vbi probare conatur, de originali peccato ſecum ipſam pugnare

hanc *Concordiam*. Anhaldinorum quoque Theologorum edita eſt aduersùs *Formulam Concordiæ, Repetitio breuis, &c.* Ideo Nicolaus Seelneccerus Librum *Recitationum ſuarum* pro defenſione Libri Concordiæ conſcripſit.

XXVII. Iuſſu præterea Electorum tres Theologi, Kirchnerus, Seelneccerus, & Kemnitius anno 1581. Erfordiæ, in diuerſorio, cui *Cadum Vinarium* (zum Weinfaß) nomen erat, conuenerunt, deliberaturi de Apologia opponenda aduerſariorum ſcriptis, contra Bergenſem Librum ſparſis. Itaque diſtributis inter ſe operis, grande volumen confecerunt, cenſendumque miſerunt nonnullis Ordinibus Auguſtanæ Confeſſionis. Lipſienſes, Magdeburgenſes & alij querebantur in cenſuris, multa ſuperuacua poni, multa neceſſaria omitti, multa mala fide recitari, multa de Vbiquitate falſa

Concordiſtæ Erdfordiæ ad Cadum Vinarium conueniunt, & de Apologia deliberãt.

falſa doceri in illo volumine. Helmſtadienſes etiam monuerunt, vt diſputatio de Vbiquitate, quòd non habeat in ſcriptura fundamentum, præcideretur. Itaq; Dux Brunſuicenſis ad Electorem Saxonem ſcribens, nouum conuentum petijt; qui *Quedelburgi* in Thuringia anno 1583. eſt inſtitutus. De quo ſic ſcribit Oſiander centuria 16. f. 949. *Theologi quidam, qui Libro Concordiæ ſubſcripſerant, eumq́; approbauerant, mutata animi ſententia, ſaluberimum illum Concordiæ laborem ſuggillare & reprehendere cæperunt. Inter hos erant præcipui Theologi Brunſuicenſes, Tilemannus Heshuſius, eiusq́; Collegæ ab ipſo ſeducti, qui inter cætera principaliter doctrinam de Maieſtate Christi hominis (Vbiquitatem ipſi vocant) Libro Concordiæ ex ſcriptis Lutheri inſertam impugnabant. Nec Heshuſius expendebat, quod ipſe eandem doctrinam in ſuis ſcriptis diu ante editum*

Helmſtadienſium admonitio, & Quedelburgenſe Colloquium.

XXVIII.

Digitized by Google

brum Concordiæ, publicè Eccleſiæ Chriſti credendam propoſuiſſet. Vt igitur nouum ſchiſma in Eccleſijs Euangelicis (quoad eius fieri poſſet) caueretur, de voluntate Electorum & Ducis Brunſuicenſis, Quedlinburgi in Saxonia conuenerunt delecti. Electorales Theologi fuerunt Kirchnerus, Zimerman, Seelneccerus, Kemnitius. Ex altera parte Brunſuicenſes & Helmſtadienſes fuêre Heshuſius, Daniel Hoffmannus & alij, &c. In hoc colloquio Heshuſius nec nomen, nec doctrinam Vbiquitatis probat; ſed intrepidè ait, Electorales inter ſe pugnantia docere; modò enim eos negare, naturam humanam Chriſti eſſe in omnibus creaturis quoad ſubſtantiam, modò aſſerere, quod in omnibus creaturis ſit præſens. Quomodo autem præſens ſit, ſi ſecundùm ſubſtantiam non adſit? Deinde eoſdem Electorales conceſſiſſe, corpus Chriſti, quando iacuit

iacuit in præſepio, ac pependit in cruce, nō fuiſſe Romæ, Athenis, &c. Ergo aliquando non fuiſſe vbique. Si igitur tunc vnio hypoſtatica non fuerit diſſoluta, non rectè ex Vnione hypoſtatica eos concludere Vbiquitatem. Hanc neceſſariam conſequentiam benè perſpexiſſe Brenciũ; ideò eum docuiſſe; Idem corpus Chriſti & Romæ & Athenis fuiſſe inuiſibiliter eo tempore, quo pependit in cruce. In ſumma; acriter Quedelburgi de Libro Concordiæ diſputatum eſt, ſed *ſine vllo fructu* (inquit Oſiander loco paulo ante citato.) *Colloquium illud diſſolutum eſt. Neq; in hodiernũ vſq; diem hoc Schiſma ad concordiam reduci potuit.* *Sine fructu Quedelburgi diſputatum eſt.*

Huc pertinet quoq; Polycarpi Leyſeri teſtimonium, qui libros Chemnicianos commendans Senatoribus Lubecenſibus, Hamburgenſibus, Lüneburgenſibus, Roſtochienſibus ita ſcribit. *Mundus*

veritatis & Concordiæ impatiens, magno ſuo incommodo hoc beneficium (Librum ſcil. Concordiæ) *repellit. Vixdum enim elapſum eſt decennium quo liber ille publicè alijs eſt communicatus, & iam pleriſq; ſordere incipit; à multis etiã ignominioſè reijcitur. Reijcitur,* inquam, *etiam ab ijs, quorum Chirographo & receptus fuit, & approbatus, atq; in ijs locis, ex quibus vel maximè prodijt, & in quibus fortiſſimè aduerſus fanaticos defendi debuerat. O ingratitudinem! ô deteſtandam leuitatem! &c.* & poſt pauca.

Refert Adam Contzen in Iubilo fol. 228. & 229.

Cum igitur hunc librum magnates ſimul & eruditi reijcere incipiant, duo hominum genera ſe produnt. Alij proteruiendi nobiſq; inſultandi anſam inde arripiunt, qui nos rident, quaſi fœtum vixdum natum, & protinus extinctum foueamus. Qua irriſione ſimplices adeò offenduntur, vt ipſi quoq; propemodum defectionem ab illo libro meditentur, quia errorum ſegetem in

illo

Digitized by Google

illo contineri clamitatur. In alijs labaſcit fides, qui de Eccleſiæ & ſinceræ Doctrinæ in ea conſeruatione pene deſperāt, atq; metuunt, ne de ſaniore religione iam ſit actum, &c. Ita Leyſerus.

Habet hic beneuolus Lector breuiſſimam hiſtoriam Vbiquiſtici veteris belli, quod ipſi Luthericolæ inter ſe infeſtis animis multo tempore geſſerunt, & necdum ad finem perduxerunt; cum adhuc hodie complures in inferioris Saxoniæ Circulo, vt & in Dania ac Holſatiâ reperiantur, qui Luthero quidem addictiſſimi, Vbiquitatis tamen hoſtes ſunt capitales; quam prodigioſum commentum, deteſtandum errorem, & hæreſum innumerabilium Seminarium cenſent.

Nos in hoc vetus Vbiquiſticum bellum iam Conſiderationes ſubiungamus.

***

CON-

Digitized by Google

CONSIDERA-TIO PRIMA.

APVD omnes Lutheranos in confeſſo eſt, Veram Chriſti Eccleſiam debere eſſe VNAM Eccleſiam; ita, vt ſi VNA non ſit, VERA non ſit. Ita Froëreiſenius vol. 1. Panopl. diſp. 22. controu. 16. n. 9. vbi ait, *Vnitatem Eccleſiæ agnoſcimus, &c.* Et Conradus Dieterich in Inſtitt. Catech. edit. 3. Gieſſ. f. 453. *Vera Eccleſia* (inquit) *eſt VNA; at non contrà, vbi Vnitas eſt, ibi ſtatim Eccleſiæ veritas.* Et Melchior Nicolai in Symb. Luther. Vindicato f. 461. *Vera Chriſti Eccleſia debet eſſe concors in fide, non nego.*

Cuius ratio eſt 1. Quia Veritas VNA eſt: & DEVS, qui eſt ſumma Veritas, eſt *Deus pacis, non diſſenſionis* 1. Corinth. 14. Et fatetur ipſe Lutherus

rus lib. de votis monaſt. *Non poſſe melius cognoſci mendacia, quàm cum ſibi ipſis aduerſantur. Ita enim à Deo ordinatum eſſe, vt impij ſemper ſe ipſos confundant, & mendacia ſecum pugnent.* Vnde etiam in Confeſſione Mansfeldica Latina f. 220. Sacramentariorum doctrina ideò *ſuſpecta* dicitur, quod & NOVA ſit, & inter ſe DISCORS.

Eccleſia, quæ non eſt Vna Vnitate fidei, non eſt Vera Eccleſia.

II. Quia Eccleſia Chriſti eſt regnum quoddam ſpirituale, corpuſq; myſticum. *Omne autem regnum in ſe diuiſum, deſolabitur.* Matt. 12. Lucæ 11. Ne ergo vera Chriſti Eccleſia *deſoletur*, debet VNA & eſſe, & manere, quocunq; tempore & loco; iuxta illud Apoſtoli ad Epheſ. 4. n. 4, *Vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ; Vnus Dominus & vna fides; Vnum baptiſma, Vnus Deus & pater omnium, &c.* Et Ioan. 10. *Vnum ouile.* Cant. 6. *Vna ſponſa* Et Symb.

Nicæn.

Digitized by Google

Nicæn. *Credo in* V N A M *ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam.*

Conſiſtit porrò hæc Vnitas in V N I T A T E fidei, quâ Eccleſiæ veræ membra in omnibus eſſentialibus & fundamentalibus fidei articulis idem credunt & profitentur. Dico *in omnibus eſſentialibus articulis, &c.* Neque enim ad hanc *Vnitatem* ſufficit, vt in aliquibus tantùm, & non omnibus fundamentalibus ſit conſpiratio; alioquin nil oberit, quò minùs Eccleſiam Lutheranam & Caluinianam ſimul vnam Eccleſiam dicamus; quod abſurdum. Si quidem in aliquibus eſſentialibus fidei articulis nihil inter ſe diſſident, vt notiſſimum. Error namq; contra vnicum fidei fundamentalem articulum hæreſis eſt, quæ intra veram Eccleſiam locum nequaquam habet.

Eccleſia communio exiſtit præcipuè in fidei & ſpiritus Vnitate, inquit Conrad. Ditterich inſtitt. Catech. f. 454.

His fundamenti loco poſitis, con-

conſideret Lector, num Lutherana Eccleſia ab eo tempore, quo ſe à Luthero reformatam eſſe gloriatur, ad annum vſque 1600. fuerit Vnitate fidei VNA Eccleſia? Nam apud Wittenbergicos & Saxonicos hodie articulus de *Omnipræſentia*, ſeu *Vbiquitate* Humanitatis Chriſti; cenſetur *fundamentalis* fidei articulus, & *quaſi Pupillaris*. De hac Vbiquitate, primitiua Lutherana Eccleſia nullam prorſus habuit notitiã; quare illam pro articulo fidei fundamentali non habuit. Igitur prior & poſterior Lutherana Eccleſia non habent eoſdem fundamentales fidei articulos; conſequenter non ſunt VNA Eccleſia, fidei Vnitate.

Eccleſia Lutherana non eſt VNA Vnitate fidei. Ergo falſa Eccleſia.

Teſtantur hoc 1. Lutheranæ Eccleſiæ publica Symbola, vt Confeſſio Auguſtana, Apologia Confeſſionis, Articuli Schmalcaldici, Catechiſmus vterq; Lutheri; in quibus omnibus altiſſimum de *Vbiquitate* ſilen-

De Vbiquitate nullum in Auguſtana Cõfeſſione, Apologia, Schmalcaldicis articulis & Catechiſmis Lutheri verbulum.

ſilentium. Sileri autem Vbiquitas in iſtis Confeſſionibus minimè debuit, ſi tam magni momenti eſt articulus: niſi admittere velis, Lutheranos Electores, Principes, & ſtat⁹, imperfectiſſimam Confeſſionem, & mutilam doctrinã Chriſtianam tot annis palàm tradere; & ſuos ſubditos pernicioſo in errore aut craſſiſſima ignorantia de Perſona Chriſti, relinquere de induſtria voluiſſe: quod eſt planè abſurdum.

Sic igitur argumentor. Vel dogma de *Vbiquitate* eſt ſcitu ac creditu neceſſarium ad ſalutem; vel non. Si poſterius, cur propter illam tot annis tam immaniter inter ſe pugnant Prædicantes? cur ita Germaniam ſuis ſcriptis turbant? Si prius, cur in Auguſtana Confeſſione, cur in eius Apologia, cur in Schmalcaldicis Articulis, cur in vtroque Catechiſmo Lutheri de ea nulla fit mentio? cur articulus iſte

ter

ter maximus neque vnico apice exprimitur?

II. Teſtantur hoc Scripta Philippi Melanchtonis, præſertim Corpus Doctrinæ, quod plurimis annis in tota ferè Lutherana Eccleſia fuit quaſi pro *Norma* quadam credendi & docendi habitum & acceptum; in quo tamen nulla prorſus ſyllaba legitur, quâ probetur, aut aſſeratur *Vbiquitas*. Quinimò poſtquam Philippus intellexit, à Brencio alijſque pauculis *aliquid de Vbiquitate* muſſitari; id ægerrimè tulit, & inauditam illam *inde ab initio*, in Lutheranis Eccleſijs Doctrinam eſſe proteſtatus eſt, vt ſupra vidimus. *Philippus nunquã aſſeruit Vbiquitatem, ſed negauit.*

Quantæ verò auctoritatis fuerit *Corpus Doctrinæ* Philippi in Eccleſijs Lutheranis, argumento ſint verſus illi, quos Selneccerus ſcripſit.

Non melior Liber eſt vllus poſt Biblia
Chriſti,
Quàm qui Doctrinæ Corpusq; Lociq; vocatur.

Hoc

Hoc norunt omnes, qui dexteritate docendi
Diſcendiq́ ſimul verâ & pietate tenentur.

Et ad Comitem quendam.

Hoc etiam ſanæ doctrinæ Corpus amato;
Non eſt hoc melior nobiliorúe liber.

Quæ ſi vera ſunt, cur in Torgenſi Conuentu Selneccerus poſtea, ſumma cum leuitate animi, & inconſtantia è Scholis & Eccleſijs Lutheranis exturbauit hunc librum? nimirum Vbiquiſta poſtmodò factus eſt Selneccerus, cui errori minimè patrocinatur corpus doctrinæ Philippi. Hinc illę lachrimæ.

Idem Corpus Doctrinæ magnis laudibus extollunt Haſſiaci Theologi Lutherani in Cenſura ſua ſuper Torgenſi Formula, quam ſuis Principibus obtulerunt anno 1576. die 5. Sept. vbi iſta habentur. *Mirum vide-*

videbitur amicis noſtris nobiſcum ſentientibus æquè atq; aduerſarijs, quod deinceps ante citata ſcripta Corpus doctrinæ nominari debeant, cum tamen à multis iam annis Corpus doctrinæ habuerimus, eoq; tanquam propheticis & Apoſtolicis ſcriptis conſentiente, pro Chriſtiano conſenſu noſtrarũ Eccleſiarum vſi hactenus fuerimus, cui ſcripta ea inſerta fuerunt, quorũ nunc nè vno quidẽ verbo fit mẽtio, &c. Et poſt pauca. *Manifeſtum eſt, nec poteſt negari, quod iuxta ſcripta incomparabilis viri Philippi Melanchthonis (quæ ante hac tempora inſerta fuêrunt Corpori Doctrinæ, quod non ſolùm Eccleſiæ Saxoniæ Electoralis, ſed noſtræ quoque & multæ aliæ approbarunt) omnes ferè Scholæ & Eccleſiæ informatæ; & magno cum fructu innumerabiles animæ, quæ in vera fide, & vera filij Dei inuocatione ex hac vita migrarunt, & iam in Domino requieſcunt, inſtitutæ ſint, &c.* Huiuſmodi encomijs de Cor-

In Concord. diſcorde. Hoſpinianus refert f. 66.

Corpore Doctrinæ Philippi pleni ſunt Libri Lutheranorum, vſque ad annum 1560. vt euidentiſſimum ſit, Lutheranas Eccleſias ab hoc Libro maximam partem dependiſſe; & tamen nuſquam in illo vllum veſtigiũ eſt alicuius doctrinæ Vbiquitariæ. Quare meritò iudicandum eſt talem doctrinam ad ea vſque tempora fuiſſe in Eccleſia Lutherana publicè nec notam, nec receptam.

Lutherani ante annũ 1550 ignorarunt Vbiquiſticam Doctrinam.

III. Teſtantur hoc omnia aliorum Lutheranorum ſcripta *Didactica* vltra annum 1550. Oſtendatur ex ea Eccleſia aliquis, qui pro dogmate fidei & communi doctrina *Vbiquitatem* intra illud tempus aſſeruerit? Nam quòd Lutherus in *Polemicis* ſuis feruore, aut furore diſputationis abreptus, contra Sacramentarios ſubinde hoc telum arripuit, id priuati hominis factum fuit, non vniuerſi cœtus Lutheriſtici pronuntiatum; quanquam hoc ipſum

ipſum Lutherus poſtea vel ſilentio ſuo retractauit.

IV. Accedit propria confeſſio ipſorum Lutheranorum, quorum complures, (vt de Melanchthone iam citato nihil dicam) poſt obitum Lutheri negarunt, in ſuis Eccleſijs vnquam anteà fuiſſe cognitam, vel auditam Doctrinam *Vbiquiſticam*. Audi Iudicium Academiæ Wittrebergenſis de Libris Ioannis Brencij, quod ab Electore Saxoniæ Auguſto, quondam vtriuſque Bauariæ Duci Alberto anno 1560. tranſmiſſum fuit. *Cogimur interim fateri in præcedenti diſputatione de coniunctione duarum naturarum in Christo, & de præſentia humanæ naturæ Christi in* OMNIBVS *rebus & creaturis, tum in cœlo, tum in terra, qua quidem prior ille articulus de aſcenſione eius in cœlos, & ſeſſione ad dextram Patris nititur, & ex ea ab illis deducitur, multa nobis* INCOGNITA, NOVA, *& peregrina,*

Iudicium Academiæ Wittebergicæ de Vbiquitate.

regrina, ac PERICVLOSA DICTA *à D. Brentio, & D. Iacobo Andreæ vſurpari, & vehementiſſimè propugnari, quæ planè in huius ditionis Eccleſias aut Scholas introducere, aut diſputando examinare* MAGNOPERE CAVEMVS: *Cum eiuſmodi locutiones ac declarationes neq; in Biblicis ſcriptis, & teſtimonijs Prophetarum & Apoſtolorum, neq; in præcipuorum & antiquiſſimorum Eccleſiæ Doctorum ſcriptis & commentationibus inuenerimus, nec in huius terræ Eccleſijs & Scholis à noſtris maioribus & præceptoribus, qui ante nos miniſtrarunt, & docuerunt, vnquam audiuerimus, aut didicerimus, &c.* Ita Theologi Wittebergici.

Synodus quoque Dreſdenſis anno 1571. habita Vbiquitatem reiecit, *velut horribilem* (vt illi inquiunt) *profanationem omnium articulorum Symboli, & renouationem omnium hæreſeon, toti orbi Chri-*

Chriſtiano inde vſq; ab initio incognitam.

Conſentit his Reſpublica Norimbergenſis, in ſuo *Reſponſo* ad Electorem Saxonem, & Wilhelmum Landgrauium circa finem añi 1577. item Theologi Anhaltini, Holſati, Helmſtadienſes, Bipontini & alij in ſuis Cenſuris ſuper Librum Concordiæ ad Electorē miſſis, de quibus ſupra pag. 17. & ſeqq. n. 5. 6. & 7. meminimus.

Iudicium aliorum Lutheranorum de Vbiquitate.

V. Indubiè conſtat Catholicos ante & poſt Lutherum publicè & priuatim ſemper de *Chriſti perſona* & *vnione naturarum* eandem vniformem doctrinam tradidiſſe; neq; poteſt vllius Catholici ſcriptoris liber, aut apex monſtrari ab anno 1517. vſque ad annum 1560. in quo defendatur, tanquam dogma fidei, iſta Humanitatis Chriſti omnipræſentia.

Catholici ſemper negarunt Vbiquitate.

Atqui etiam indubiè conſtat,

D Lu-

Lutherani anno 1530. idē de Vbiquitate docuerunt; quod Catholici.

Lutheranos ab anno 1517. vſq; ad annum 1550. & ampliùs in publicis ſcriptis & colloquijs ſemper faſſos eſſe, ſe à Catholicis circa articulos de perſona Chriſti & vnione duarum naturarum, nihil diſſentire: quemadmodum teſtati ſunt Norimbergenſes in ſuo reſponſo ad Landgrauium Haſſiæ & Electorem Saxoniæ, ſupra pag. 40. citato; vbi dicunt, *initio renaſcentis lucis Euangelij Eccleſias reformatas in tribus articulis de perſona Chriſti & perſonali vnione duarum naturarum à Romana Eccleſia nunquam diſſenſiſſe; ideò in omnibus Colloquijs cum Pontificijs hos articulos exceptos fuiſſe.*

Oſiāder quoq; in Cēturia 16. Anno 1546. Hiſtoriæ Eccleſ. pag. 364. de Colloquio Ratisbonēſi inter Catholicos & proteſtantes ex Sleidano refert, Cæſarem mandaſſe, *vt Proteſtantium Auguſtæ quondam exhibita Confeſſio tractaretur hoc in Colloquio*

loquio; tribus primis omiſſis dogmatis, de Trinitate, de Verbi Incarnatione, de peccato Originis. Nam illa duo (nempe de Trinitate & Incarnatione) *NON HABERE CONTRO*VERSIAM.

Oſiandri teſtimonium.

Lutherus in Articulis Schmalcaldicis anno ~~1541~~. confectis, 1. parte, articulo 4. hæc verba ſubnectit; 1537 *De his articulis* (ſcil. de Trinitate & Incarnatione) *nulla eſt inter nos & aduerſarios controuerſia, cum vtroſque vtrimque confiteamur.*

Lutheri teſtimonium.

Et ſanè ſi vnquam vlla fuiſſet inter Catholicos & Lutheranos ea tempeſtate de Chriſti *Omnipræſentia* lis, aut dubitatio, non tacuiſſent Lutherani, nec diſſimulaſſent, in tot ſuis Confeſſionibus, Articulis, Formulis, & Colloquijs, in quibus de alijs longè minoris precij rebus acerrimè & prolixiſſimè diſputarunt; & Catholicos variorum errorum (quamuis falſò) grauiſſimè accuſarunt.

Digitized by Google

Inſpiciat Lector Colloquium Ratisbonenſe anno 1546. Wormatienſe anno 1557. Formulam INTERIM anno 1548. Repetitam Confeſſionem Auguſtanam anno 1551. quam *Confeſſionem doctrinæ Saxonicarum Eccleſiarum* inſcribũt; Articulos Schmalcaldicos anno 1537. Confeſſionem ipſam Auguſtanam anno 1530. & Apologiam illius proximè ſecutam; nuſquam reperiet vel pilum, vel atomum de iſta Vbiquitate; vt planè ſolaribus radijs clariùs ſit, idem tunc ſenſiſſe, idem crediſiſſe Lutheranos de præſentia corporis Chriſti, quod ſenſerunt aut crediderũt Catholici: alioquin neutri ſiluiſſent. Catholici autem tunc minimè ſenſerunt, aut crediderunt humanitatem Chriſti eſſe *Vbiq;*, vt eorum ſcripta teſtificantur, in quibus nec vmbra Vbiquitatis. Igitur nec Lutherani. Ergo Lutherani NOVVM hodie *Dog-*

ma

ma fidei tradunt, (de Vbiquitate ſcilicet) cuius contrarium olim tradiderunt. Ergo eorum Eccleſia non eſt VNA Vnitate fidei; ergo non vera, ſed falſa Eccleſia.

CONSIDERATIO SECVNDA.

SI doctrinam Vbiquiſticam Eccleſia Lutherana anno 1530. ignorauit, quando Confeſſio Auguſtana Carolo Cæſari oblata fuit, meritò & iure nonnulli ex Ordinibus & Statibus Lutheranis in ſuis Cenſuris ſuper Librum Concordiæ diſertè conqueſti ſunt, & monuerunt, Viderent Bergenſes Doctores, quid agerent; dum hoc nouum fidei dogma de omni-

præſentia Humanitatis Chriſti in Germaniam introducunt. Cum enim pacificatoria Conſtitutio anno 1555. Auguſtæ ſancita, in Imperio Romano nulli Religioni locum concedat, niſi Antiquæ Catholicæ, & præterea ei, quæ Confeſſionem Auguſtanam ſequitur & profitetur, conſequens eſſe, quod ſeipſos à pace Religionis excludant Concordiſtæ, ſi iam in aliquo fundamentali articulo aliud doceant, quàm doceat Auguſtana Confeſſio, & quàm docuerit Lutherana Eccleſia tempore oblatæ Confeſſionis. De quo vide reſponſum Norimbergenſium ſupra pag. 40. & ſcriptum Theologorum Anhaltinorum contra Apologiam Doctorum Erdfurdienſium ad Cadum Vinarium; editum ſeruestæ in 4. anno 1584. fol. 204. quorum hæc ſunt verba.

So iſt nun vil mehr vnſerm gegentheil ein ewige / vnuerantwortliche

ſchande/

ſchande/ daß ſie ſich für Lutheraner (mehr dann für Chriſten) dazu allein für beſtändige der Augſpurgiſchen Confeſſionverwanten vnnd proteſtanten außgeben / vnnd gleichwol hiemit offentlich vberzeugt werden/daß ſie beydes von Lutheri Lehr vnd der Augſpurgiſchen Confeſſion vnnd proteſtation, darauff doch der ganze Religionsfrid inn Germanien gewidmet/ ſelbſt abſchreitten. Das mögen ſie woll ponderieren. NB.

Colloquium Herzbergenſe fol. 132. ſic habet.

M. Petrus. Darnach/ daß hie der Apoſtatæ, vnnd Papiſten Caſpar Francken ſeine Predigt fürgelegt/ iſt vmb die ſibende vrſach willen vnſer recuſation geſchehen / da wir erinnerten/ daß die Pōtificij in articulo de Trinitate & myſterio incarnationis, mit Luthero einig. Wie den ſolches in Apologia / vnd Schmalkaldiſchen Articklen bezeuget wirdt. Aber jetzund

die Papiſten vnns Schuld geben / als ſolten wir vonn der Augſpurgiſchen Confeſſion propter Vbiquitatem abgewichen / vnnd alſo vns ſelbſt auß dem Religionsfriden geſetzt haben.

NB. Es ſeind auch ſonſten von andern obſeruirt worden / was für abſurda darauß erfolgen / wie denn die abſurda ex Brencio in ein Tabellam gebracht / die wir allhie zuhand haben. Als nemblich.

Brencius de maieſtate Chriſti, pag. 23. a. b. Quid prohiberet, quò minùs dicatur Filius Dei cum omnibus rebus creatis *perſonaliter* vnitus eſſe?

Brencij horribilia pronunciata Vbiquiſtica.

Et pag. 24. Natura cuiuſuis hominis inſita eſt Filio Dei, & ipſi in VNITATE PERSONÆ coniuncta.

Item Recog. 149. 150. Cœlum ſupra hunc mundum, in locis excelſis collocatum, fateor ingenuè, nuſquam in tota rerum natura eſſe.

Pror-

Digitized by Google

Prorſus enim eſt fictitium: neq; vnquam fuit, neq; vnquam erit.

Item Recogn. 223. Infernus localis eſt fictitius: iccirco impij eò nec deſcendunt, nec aſcendunt.

Et mox: Infernus enim non definitur corporali loco, ad quem corporali inceſſu ſit accedendum.

Et de Maieſtate, pag. 159. Non eſt cogitandum, quòd cœlum ſit certus locus, ſuis ſpacijs circumſcriptus, ſupra omnes cœlos, ſed maieſtate Dei definitur.

Et mox, pag. 160. Cœlum ea eſt conditione, vt in eo non tantùm ſancti Homines, verùm etiam Satan & Angeli eius inueniantur.

Et pag. 162. Et Satan, & infernus ſunt in regno cœleſti.

Idem recog. 182. In Domo Dei Patris & in regno cœleſti non continentur tantùm Sancti, verùm etiam Homines impij & Diaboli.

Et mox: Rectè itaque dicitur,

 com-

Digitized by Google

comprehendi in regno cœleſti non tantùm Cœlum, ſed etiam Infernũ, nec tantùm pios, ſed etiam Herculem, Numam Pompilium, adeoque omnes impios, Ethnicos, Iudeos, & Turcas,

Idem de perſonali vnione, pag. 12. a. Vnum idemq́ue corpus, quod erat in Hieruſalem viſibiliter & localiter, cum in templo concionaretur, aut in cruce penderet: erat cum Deitate Romæ ſimul, Athenis, in cœlo, & vbicunq́ue ea eſſet, extra omnia loca, inuiſibiliter & illocaliter.

Ibidem pag. 25. a. b. Quid opus eſt, de tempore reſurrectionis, & aſcenſionis Chriſti dicere, cum iam inde ab initio, in momento incarnationis ſuæ aſcenderit inuiſibiliter in cœlum, & ad dextram Dei patris, ſederit? &c.

D. Iacob. Es iſt deß Landgraffen Farrago.

M. Wolfg. Wir habens ſelbſt nach-

nachgeſchlagen/vnd in Brentij büchern alſo gefunden. Were vns ſonſt nicht wol glaublich geweſt.

Hactenus Collocutores ipſi Lutherani. Ex quibus manifeſtum eſt, quantùm à Confeſſione Auguſtana diſceſſerint Vbiquiſtæ: neque dubitandum, ſi anno 1530. talia pronunciata Vbiquitaria fuiſſent ſtatibus Imperij Auguſtæ propoſita, quin ea communi voce & conſenſu fuiſſent condemnaturi. Aut igitur hodieq; Concordiſtæ has Brencianas propoſitiones approbant, aut non. Si non approbant, à Brencio diſcordant, adeoque aliā nunc Doctrinam Wirtenbergia habet, quam habuerit ſub Brencio Doctore, & conſequenter non eſt vna Vnitate fidei Eccleſia. Si verò approbant, flagitioſam Doctrinam approbant, & in Imperio R. nunquam approbatam.

CONSIDERATIO TERTIA.

QVæ ſuperius fol. 17. & 18. n. 5. & 6. Haſſiaci Theologi & fol. 37. n. 15, Landgrauius Wilhelmus, alijq; monuerunt de illis vocabulis *IMMVTATA Auguſtana Confeſſio* Bergenſi Formulæ inſertis, documento ſunt, *Confeſſionem* Auguſtanam primam, quæ Carolo V. Cæſari anno 1530. oblata eſt, minimè INCORRVPTAM ac VNIFORMEM ad poſteros perueniſſe, ſed quemadmodum aureis nummis euenire ſolet, cum in Iudæorum manus incidunt, vndique fuiſſe circumciſam.

Ex quo vlteriùs infertur, Lutheranam Eccleſiam eſſe falſam, & non Veram Eccleſiam, quia non eſt

ECCLE-

ECCLESIA VNA. Quod ita probatur.

Illa Eccleſia non eſt VNA Vnitate fidei, quæ non habet vnum & inuariatum fidei Symbolum, eandemq́ue fidei Normam.

Sed Lutherana Eccleſia non habet. Nam Auguſtana Confeſſio, quam ſuæ fidei Symbolum & Normam ipſimet Lutherani prædicant, ab anno 1530. vſq́ue ad annum 1580. manſit neutiquam VNA, IMMVTATA, ac inuariata.

Ergo.

Maior eſt certa. Minorē Probo. 1. Ex hac ipſa Confeſſione Lutheranorum, qua monuerunt Cenſores Bergenſis Formulæ, ne in ea poneretur vox IMMVTATA *Confeſſio Auguſtana*.

2. Ex colloquio Herzbergenſi fol. 92. vbi fatetur Muſculus, confeſſionem Auguſtanam *duodecies mutatam*.

3. Ex

3. Ex colloquio Altenburgenſi fol. 463. vbi Theologi Wittebergenſes de Ienenſibus ita conqueruntur.

Non defuerunt ex iſtorum Sodalitio, qui confeſſionem Auguſtanam per contumeliam Cothurnum vocarent, &c. hoc eſt: ein Polniſchen Stiffel/ ſo an beyde Füß gerecht iſt. *Hæc commemorare nos* (inquiunt) *hoc loco cõpulit collocutorum temeritas, qui ſine fronte affirmare auſi ſunt, Lutherum crebram Confeſſionis emendationem vehementer improbaſſe. Sciant autem conſtare nobis, quod & hortante & approbante atq; mandante Luthero ſit à Philippo recognita, & denuò prælis Typographicis ſummiſſa.* Et fol. 494. dicunt, *primam editionem VVittebergæ adornatam nequaquam cum archetypo Auguſtæ Cæſari exhibito congruere.* Ac cum alij dicerent, mutationes tantum in *verbis*, non in *rebus* interueniſſe, alij contrâ f. 521. *Hoc* (in-

(inquiunt) *aliter ſe habere multi boni & pij viri cum dolore queruntur. Nam locus de libero arbitrio in veteri exemplari planior & rectior eſt, quàm in recentiori, ubi Pelagiani noui ſeu Synergiſtæ inueniunt pallium ſuis corruptelis. Deinde in loco de Cœna expuncta ſunt illa verba: Et improbant ſecus docentes, &c.* Vide plura in hanc rem ibid. f. 524.

Neq; dicere poſſunt Lutherani hanc variationem Confeſſionis Auguſtanæ ſoli Melanchthoni eſſe in acceptis referendam; Lutherum huius rei ignarum fuiſſe; in hanc mutationem non conſenſiſſe; Nam id falſum eſſe iam audiuimus ex Colloquio Altenburgenſi, in quo id negarunt Electorales Theologi; qui eodem loco etiam iſta habent.

Non mouet nos illa ex Illyrici Vinariæ habita diſputatione repetita fabella, qua narratur Lutherum ægrè tuliſſe, quod à Philippo inſtituta eſſet Con-

feſſio-

feſſionis emendatio, verum editione iam peracta non potuiſſe impedire. Nam futilitas illius Commenti manifeſtè coarguitur & refellitur vel ex eo, quod non ſemel, ſed aliquoties, vt anno 38, anno 40. anno 41. recognita & aliquot in locis aucta & diuulgata confeſſio fuit, etiam poſtquam Eccius in Colloquio VVormacienſi litem de hac noſtris mouiſſet. Nam vt demus, ab autore recognitam Confeſſionem, ſemel inſcio & improbante Luthero editam eſſe, quid de crebra repetitione editionum magis etiam locupletatarum dicetur? Affirmabitur ne dormiente, inſcio & inuito Luthero id toties factum & peractum eſſe? Adeone fuit Lutherus ſeneſcẽs, remiſſus & languidus, vt rem tantam tam negligenter ageret? Adeone autoritas ipſius iam fuerat diminuta & deiecta, vt non potuerit prohibere & impedire, ne exemplaria iam impreſſa ſpargerentur, neue denuò imprimerentur diſtracta? Viuentibus

tibus præſertim maxima adhuc ex parte Illuſtriſſimis Principibus, qui Confeſſioni Auguſtanæ Carolo Imperatori exhibitæ, nomina ſua ſubſcripſerant. Calidum inquit ille mendacium optimum. Mox enim deprehenditur vanitas, poſt quàm paulò diligentiùs inquiri in illud cæpit, an ita factum ſit, vel fieri potuiſſe veriſimile, quod impudenter aliquis aſſeuerauit.

An verò conſentaneum eſt, toto ferè decennio, quo adhuc ſuperuixit Lutherus & valetudine atq; ſenſibus integris Eccleſiæ gubernationi præfuit, neminem eam publice reprehenſurum fuiſſe apud nos, ſi qua à Philippo eſſet commiſſa culpa. Imò conſtat ipſum etiam Lutherum in Epiſtolis Anno 41. de Colloquio conuentus Ratisbonenſis ad Illuſtriſſimum Electorem Iohannem Fridericum beatiſſimæ & laudatiſſimæ memoriæ ſcriptis honorificam mentionem Confeſſionis, quæ poſt recognitionem tunc in diſputationibus publico nomine

mine aduerſarijs Pontificijs opponebatur, feciſſe, quod & editio ſeptimi Tomi Ienenſis operum Lutheri clarè teſtatur.

4. Ex Seelneccero, qui in admonit. ad librum Concord. Latinè 1584. Lipſiæ inpreſſum (referente Iacobo Gretſero in 2. p. ſupplementi ad Tractat. de iure prohibendi libros c. 4.) fatetur in ipſa prima libri Concordiæ editione Latina, non fuiſſe illi ſinceram Auguſtanam Cōfeſſionem appoſitam, quantumuis epiſtola nomine Electorum principum & ciuitatum Imperialium Libro Concordiæ præfixa expreſsè dicat, inſertum eſſe exemplar autographo collatum & comparatum, quantumuis etiam ibidem principes proteſtentur, ſe nullam aliam Confeſſionem agnoſcere, quàm primam illam Cæſari oblatam. Ex quo iterum apparet, quomodo boni principes ab iſtis impoſtoribus decipiantur.

5. Ex

5. Ex Conrado Schlüſſelburgio lib. 3. Theologiæ Caluiniſtarum, vbi copioſè probat, *Corpus doctrinæ* Philippi (in quo Confeſſio Auguſtana, Apologia & Loci communes) non eſſe normam doctrinę & ſymbolum conſenſionis. *1. quia norma debet inter ſe concordare per omnia, nec ſenſu nec verbis à ſeipſa diſcrepare. Corpus doctrinæ Philippi non eſt tale, vt ex Confeſſione Auguſtana & Apologia conſtet. 2. Quod falſum teſtimonium dicat, quisquis corpori doctrinæ Philippi ſubſcribat, cum in eius præfatione ſcribatur, illi inſertam Auguſtanam Confeſſionem Carolo Cæſari oblatam: quod mendacium eſſe doceat collatio exemplarium. 3. Quod ipſa præfatio Confeſſionis Auguſtanæ & alij articuli ſint acciſi & circumciſi; quod omiſſa magni momenti & ſignificantia verba, & in eorum locum ſubſtituta leniora & ambigua. Quod decimus articulus adeo mutatus ſit, vt ſacramentarij ſic*

Schlüſſelburg. Lib. 3. de Theologia Caluiniſtarum, pag. 12. & ſeqq.

rij ſic mutatæ Confeſſioni ſubſcripſerint. Quod in 5. articulo aliquot emphatica verba vehementer contra pelagianos pugnantia ſint omiſſa. Quod in Apologia ſublatum vocabulum SOLVM, vbi directè Pelagianis & ſynergiſtis aduerſabatur. Quod in art. 15. in fauorem Adiaphoriſtarum aliquid omiſſum. Quod & Georgij Maioris factioni ſeruiatur, &c.

6. Ex Hunnio in Lib. de Sacram. in dedicat. p. 20. vbi ait. *Illæ mutatæ editiones* (Confeſſionis Auguſtanæ) *non ſunt Auguſtana Cōfeſſio Carolo exhibita, viſa & lecta, cum Carolus Imperator illas variatæ Confeſſionis formas nunquam viderit, neq; eæ in Comitijs Auguſtanis extiterint, ſed aliquot annis poſt VVitteberga demùm ſunt natæ.*

7. Ex motiuis Illuſtriſſimi Marchionis Badenſis Iacobi, quibus impulſus ad Orthodoxā fidem Catholicam ſe à Lutheraniſmo recepit. In his

his motiuis documenta decem mutatæ Auguſtanæ Confeſſionis producit.

1. Documentum. Quod duæ primæ Latinæ editiones Confeſſionis Auguſtanę & Apologię (altera in 4. altera in 8.) quæ eodem anno 1531. ijſdem typis Wittebergæ prodierunt, neque cum originali, neque inter ſeſe per omnia conueniant. Exempli gratia, Originale ſic habet articulo 12. *Reijciuntur & iſti, qui non docent remiſſionem peccatorum, per fidem contingere, ſed iubent nos mereri gratiam per ſatisfactiones noſtras.* In Wittebergenſi in 8. ſic legitur. *Reijciuntur & iſti, qui canonicas ſatisfactiones docent neceſſarias eſſe ad redimēdas pœnas æternas vel purgatorij.*

In art. 18. *anathematiſmum* in vtroque typo adiecerunt, quo Pelagiani & alij condemnantur; quem tamen in originali non reperias.

In art. 20. Originale habet; *Docent*

cent nos non tantum operibus iuſtificari, ſed coniungunt fidem & opera, & dicũt nos fide & operibus iuſtificari. Quæ doctrina tolerabilior eſt priore, & plus afferre poteſt conſolationis, quàm vetus eorum doctrina. E contrario verò in impreſſo exemplari in 8. iſta videas verba. *Etſi non deſinunt obſcurare doctrinam fidei, cum relinquũt dubias conſcientias, & iubent remiſſionem peccatorum mereri operibus. Nec docent, quod ſola fide propter Chriſtum certò accipiamus remiſſionem peccatorum.*

In Originali articulus 20. ſic legitur. *Fide apprehenditur remiſſio peccatorum & gratia.* Impreſſum in 8. habet; *remiſſio peccatorum & pax conſcientiæ.* Hæccine ſunt ſynonyma? Et cur oderunt vocabulum *gratiæ*, quod ait Marchio fol. 290. decies octies in impreſſis exemplaribus aliter poſitum, quàm ſit in originali?

Similiter in originali art. 21. dicitur

citur ſub initium. *Tota diſſenſio eſt de quibuſdam abuſibus*, inter Lutheranos videl. & Catholicos. In vtraque verò editione impreſſa omittitur vocabulum *Tota*, & ſupponitur eius loco, *Sed*, cum maxima mutatione ſenſus: quam falſimoniam committit etiam Lucas Oſiander in Centuria 16 f. 160. vbi ait, *ſe immutatam Auguſtanam Confeſſionem ex libro Concordiæ ſuæ hiſtoriæ inſerere.* Vnde confirmatur illa Seelnecceri aſſertio, qua dixit in ipſo Libro concordiæ non fuiſſe appoſitam ſinceram Confeſſionem Auguſtanam.

In articulo de Miſſa mira verborum inconſtantia. Originale habet. *Nam ad hoc præcipuè opus eſt ceremonÿs, vt doceat imperitos. Et hoc Paulus præcipit, in Eccleſia vti linguâ intellectâ in populo.* In impreſſo exemplari in 4 ſic habetur. *Nam ad hoc vnum opus eſt ceremonÿs; vt doceant imperitos:*

Digitized by Google

ros: Et non modo Paulus præcipit vti lingua intellecta populo in Eccleſia, ſed etiam ita conſtitutum eſt humano iure. In altero impreſſo exemplari in 8. ſic legitur. *Nam ad hoc opus ceremonijs, vt doceant imperitos, & quoſdam excitet verè ad timorem, aut fidem ac orationem tractatio verbi.*

Chytræus in Hiſtoria Confeſſionis Auguſtanæ.

Iam quod attinet ad Apologiam, fatetur Chytræus Lutheranus illam, prout iam typis excuſa proſtat, non eſſe conſentaneam Originali Auguſtano, ſed Wittebergæ ad eam amplitudinem anno 1531. excreuiſſe, vt patet ex prima huius *Apologiæ delineatione*, quā verbatim recitat Chytræus à pag. 337. Hiſtoriæ Confeſſ. Aug. vix quatuor quaternionibus comprehenſam, cum tamen pluri mis quaternionibus iam conſtet Apologia, longeque alijs verbis. Et hæc prima ac genuina Apologia *Carolo Cæſari oblata, ſed non recepta* (vt loquitur Chytræus pag. 332. & pag. 335) vſ-

335.) vſque ad Chytræanam editionem anno 1587. fuit incognita in vulgus. Igitur eò vſque falſa Apologia pro vera fuit diuendita, hominesque turpiſſimè decepti.

Falſæ autem, ſeu ſuppoſititiæ Apologiæ prima editio anno 1531. Wittebergæ lucem aſpexit in 4. & in 8. Neutra tamen cum altera conſpirat; quod Marchio f. 317. ſic probat. In 4. v. 4. categoricè & rotundè ponitur. Wir bekennen / daß das ewig Leben ein Lohn ſey / als ein Sach / die vns Gott von wegen ſeiner Verheiſſung ſchuldig iſt. Fatemur æternā vitam eſſe mercedem, à Deo nobis propter promiſſionem debitam. Hæc verba in 8. fol. 61. doloſiſſimè ſic peruertuntur: Wenn wir ſchon ſagten / das ewig Leben ſey ein Schuld / vonn wegen der Verheiſſung / ſagten wir doch nichts vngereimbts. *Etiamſi diceremus æternam vitam eſſe debitum propter promiſſionem,*

nem, nihil impertinens diceremus. Quis non videat immenſum inter hæc eſſe diſcrimen?

Similiter in art. 10. de cæna Domini, in vtraque editione dicta Wittebergenſi, eſt magna diſſenſio, & à ſe inuicem, & ab originali. Nam quod Apologia Originalis dicit 4. verſibus tantùm, id dicit impreſſa Apologia pluſquam 40. verſibus: quibus multa noua inſeruntur, imò etiam falſa; vt Marchio probat fol. 321. & 322.

Notetur in Apologia Confeſſionis Auguſtana Tranſubſtantiationem *diſertè admitti.*

Deinde in impreſſa Apologia in 4. iſta leguntur. *Id enim teſtatur Canon Miſſæ apud illos, in quo apertè orat Sacerdos, vt mutato pane ipſum Corpus Chriſti fiat. Et Vulgarius ſcriptor, vt nobis videtur non ſtultus, diſertè inquit, panem non tantum figuram eſſe, ſed verè in carnem mutari. Et longa ſententia eſt Cyrilli in Ioan. cap. XV. in qua docet, &c.* Hæc in Apologia in 8. pænè omnia omittuntur, eodem

anno,

anno, & in eadem Typographia; vt & deinceps omiſſa ſunt, & in hodiernum vſque diem omittuntur exceptis pauculis verbis, longè alium ſenſum habentibus. Annon hæc eſt impoſtura? Hoccine eſt vnam fidei regulam ac normam eſſe apud Lutheranos? Sed progrediamur in documentis à Marchione aſſignatis.

II. Documentum: Quod Confeſſionis Auguſtanæ non tantùm duæ primæ editiones Wittebergenſes, de quibus iam dictum, ſed quæuis aliæ Latinæ ab anno 1530. vſque ad annum 60. enormiter mutatæ, neq; cum Origine, neque cum vtraque prima editione conueniant. *Motiua Badenſia à pag. 337. vſq; ad pag. 344.*

III. Documentum. Quod nec illa Confeſſio Auguſtana, quam Chytræus anno 1587. in Latina ſua hiſtoria Latine edidit, ſit pura & incorrupta, ſed perplurimùm ab Originali diſſideat. *Ibid. pag. 344. & 345.*

Digitized by Google

Ibid. f. 346. *IV. Documentum.* Quod non ſolum Latina Confeſſio Auguſtana in hæc vſq; tempora (hoc eſt ad annum 1591. quo edita ſunt Motiua Marchionis Badenſis.) nunquam ſine mutatiõe ita fuerit edita, queadmodũ habetur in Originali; verùm etiam Apologia prima ante annum 87. nunquam lucem publicam in typis aſpexerit: Ac primum à Chytræo in Confeſſionis Auguſtanæ Hiſtoria vulgata ſit.

V. Documentum. Quod nec prima Confeſſio Auguſtana Germanica Originalis, cum prima itidem Originali Latina in omnibus concordet: nec vnquam Germanica prima Apologia prout Cæſari oblata fuit, in typis apparuerit.

VI. & VII. Documentum.

f. 359. Quod etiam Confeſſio Auguſtana Germanicè primùm Witte bergæ, & deinde alibi, poſt Auguſtana Comitia, excuſa, ab ipſo Originali, quod

Cæſa-

Cæſari ab Electoribus exhibitum fuit, pluribus locis deſciuerit, vſque ad annum 80. Quod itidem Apologia Germanica primæ impreſſionis & verbis & ſenſu ab Apologia Latina primæ editionis diſcordarit. Exempli gratia, ait Marchio, in Latina Apologia habetur cap. de vocabulis Miſſæ. *Scimus veteres loqui de Oratione pro defunctis, quam nos minime prohibemus: ſed improbamus applicationem cœnæ Domini pro mortuis ex opere operato. nec iuuantur aduerſarij à Veteribus quidquam in opere operato.* Hæc, & multò plura, in Germanico aſtutè omittuntur: quia pænituit illos preces pro defũctis priùs tam categoricè approbaſſe. *Motiua Badenſia f. 366. & 367.*

VIII. Documentum. Quod ab anno 30. vſque ad 80. Confeſſio Auguſtana, vt eſt in origine, incorrupta nunquam in lucem prodierit, Apologia verò Germanica in Origine ad hanc vſq; horam Lutheranos lateat. *f. 370.*

 IX. Do-

IX. Documentum. Quod ab anno 30. octo inter ſe prorſus diſſimiles ac diſſidẽtes editiones dentur: quamuis etiam plures reperiri poſſint.

X. Documentum. Quod in Academijs, & miniſterijs adeundis à pleriſque Lutheranis præſtitum iuramẽtum ſit vſq ad annum 1580. de Confeſſione Auguſtana eiuſque Apologia ſequenda, cum tamen ignorarẽt, quænam fuerit Authentica in tanta diuerſitate editionum: imo contra authenticam in multis palàm crediderunt. Vel enim habuerunt animum iurandi tantùm in verba & ſenſum Confeſſionis & Apologiæ primæ ac authenticæ, vel in verba & ſenſum corruptæ. Si priùs: tũc quia in prima cõfeſſione & Apologia admittitur *Tranſubſtantiatio*, etiam illi iurarunt in *Tranſubſtantiationem*, quam dicitis eſſe fundamentum idololatriæ. Si poſteriùs:

Ergo

Ergo non fuerunt verè Lutherani ab anno 30. vſq; ad annum 80. Qua ratione igitur Lutherana fides V N A? Videatur quoq; *Harmonia Confeſſionis Auguſtanæ* ſtudio Andreæ Fabritij Leodienſis euulgata, & Coloniæ in fol. anno 1587. impreſſa; ibi ad nudum proponitur inconſtantia, varietas, & falſitas huius Confeſſionis Auguſtenſis, cum qua non aliter luſitarunt prædicantes, quàm cum muribus feles conſueuerunt.

CONSIDERATIO QVARTA.

EX hac toties mutata, & in aliam aliamque formam fuſa, cuſa, flexa, figurata & tornata Confeſſione Auguſtana,

quid aliud expectari potuit, quâm *Confuſio* Babylonica, & ſumma in rebus fidei variatio & inconſtantia? Hinc non ſolum Vbiquitas in certamen venit, ſed plurima alia contentionis ac litis materia fuerũt, quemadmodum faſſi ſunt ipſi Lutherani.

Nicolaus Gallus in Theſib. & hypotheſib. f. vii. *Sunt inter nos*, inquit, *non de leuibus rebus diſſenſiones, ſed de lege & Euangelio, de Iuſtificatione & bonis operibus, de Sacramentis*, &c.

Nicol. Selneccerus ad pſal. 131. *Nota ſunt certamina*, (noſtra) *atque rixæ de adiaphoris, de bonis operibus, de iuſtitia coram Deo, de libero arbitrio, de præſentia & participatione corporis & ſanguinis Chriſti in Cœna, de humanitate Chriſti, &c. ibi rixandi atq; contendendi neq; finis eſt, neq; vllus modus.*

Dauid Chytræus in themate deprauatæ Confeſſionis Auguſtanæ, *Euan-*

Digitized by Google

Euãgelici Doctores inquit, *immanius ferè ac truculentiùs, quàm barbari milites inter ſe digladiantur.*

Ioan. Wigandus Lutheranus lib. de erroribus Georg. Maioris itidem Lutherani. *Non ſunt lana, & linum, de quibus hic diſceptatur, ſed de grauiſſimis Doctrinæ Chriſtianæ capitibus, quæ à Maiore & alijs fœde deprauantur.*

Sed neq; vllis Colloquijs, conuentibus ac tractationibus cõponi firma ſtabiliſque Pax inter iſtos vnquam potuit. Nam paucis annis poſt oblatam Cæſari Confeſſionem Auguſtanam, Schmalcaldiæ conuenerunt, Lutherus, Melanchthon, Bucerus & Oſiander, &c. ibique de *Iuſtificationis fundamento*, deq; Confeſſionis Auguſtanæ *mutatione* diſputarunt: In cuius Confeſſionis, ruinam minitantis fulcimentum, Articuli Schmalcaldici fuerunt cõpoſiti, ex quibus confeſtim ſunt or-

Anno 1537.

Surius in Commentario de rebus geſtis anno 1537.

tæ maiores pugnæ. Etenim continuò quæſitum eſt, an Articuli illi Confeſſioni Auguſtanæ eſſent conſentanei?

Adamus Conzen in Iubilo Iubilorũ anno 1538.

Anno 1538. ſubito agmine ſe Antinomorum proluuies effudit: & magnam Saxoniæ partem immundo tactu contaminauit. Initium tam contagioſæ peſtis fuit ex Lutheri libris, in quibus abrogatam Legem Decalogi aſſerens, omnibus flagitijs latiſſimam portam aperuit. Igitur Mansfeldiæ congregata Synodus Lutherana; non tamen ſopitus error fuit.

Synodus Mansfeldica.

Formula *INTERIM. ex qua ortum Bellum Adiaphoriſticum.*

Anno 1548. *Formula* INTERIM *dicta, a pleriſq; Imperij Ordinibus* Auguſtæ in Comitijs *admiſſa eſt,* inquit Oſiander in Cent. 16. Eccleſ. Hiſt. f. 497. Quam Formulam deinde *Mauritius Dux Saxoniæ ſuis ſubditis quoq; recipiendam propoſuit, aduocatâ Miſenum nobilitate ſuâ. placuit vt Theologi ſimul VVittebergici &* Lipſi-

Lipſienſes adhiberentur. Itaq; conuentum eſt primum Berga, deinde Cellæ, poſt Iuterboci. Venit huc etiam à Brandenburgico Electore Ioannes Islebius. Hic fuit decretum de rebus medijs, & ijs quæ dicuntur adiaphora. Poſtremus erat conuentus Lipſiæ: cōſcripta fuit hæc formula Religionis, quā per Mauricij fines ſequerentur omnes. Iſte verò libellus Lipſicus maximas deinde peperit offenſiones & certamina inter Auguſtanæ Confeſſionis Theologos. Hæc Oſiander cit. cent. 16. fol. 502.

Idem pag. ſeq. confeſtim addit, *Controuerſia hæc Adiaphoriſtica diu durauit, & magnas, atq; acerbas animorū diſtractiones peperit.* & fol. 512. *Cum deliberationes Adiaphoriſticæ innoteſcerent, & Lipſienſe ſcriptū Adiaphoriſticum in multorum manus perueniret, Theologi ſinceri & conſtantes (inter quos erant Nicolaus Amsdorffius, Nicolaus Gallus & Illyricus) de-*

creta Adiaphoriſtica impugnabant, &c. Inde natæ ſunt grauiſſimæ & acerbiſſimæ contentiones, &c. quæ pluribus annis durauerunt, &c. etenim publicis ſcriptis vtrinque acriter dimicatum fuit, magno cum ſcandalo infirmorum & maximo cum gaudio Pontificiorum.

Bellum Oſiandrinum in Bruſſia; de quo vide Oſiandrica in Dauidis Chytræi Saxonia f. 445. & ſeqq.

Anno 1551. Flagrante bello Adiaphoriſtico, ecce nouū in Bruſſia incendium? *Cum Andreas Oſiander* (inquit Lucas eius filius in Centur. 16 f. 554. *in primaria Bruſſiæ Vrbe, Regiomonte, in parochiâ veteris Urbis, & in ſchola vniuerſali publicè doceret, diſſidium inter ipſum & Collegas eius incidit.*

Diſſidium autem hoc fuit (vt idem refert) *de incarnatione filij Dei, de pœnitentia, & inhabitatione Dei in nobis, & de Iuſtificatione.* Oſiandri igitur doctrinam Theologi plures Lutherani concionibus & ſcriptis publicis oppugnarunt; aduerſus

quos

quos ſeſe Oſiāder publicè defendit. *Inprimis verò Oſiandri Confeſſionem Germanicè & Latinè confutabat Philippus (adiuncto teſtimonio Pondrani & Forſteri) Doctor Ioachimus Morlinus, & alij plerique celebres Theologi Euangelici in Germania.* inquit Oſiander fol. 555. & 556 *Unde magna turbatio in Eccleſijs Prutenicis orta fuit.*

Exorta tunc eſt etiam controuerſia Stancariana: cuius autor fuit Franciſcus Stancarus Italus Mantuanus Lutheranus; qui contendebat totum opus Redemptionis in Chriſto tantùm ad ipſius humanam naturam referendam eſſe. Huic multi Theologi Lutherani ſe oppoſuerunt; teſte Oſiandro centur. 16. f. 480. *Controuerſia Stancariana. anno 1551.*

His itidem temporibus agitabatur controuerſia alia noua inter Theologos Auguſtanæ Confeſſionis. Nam D. Georgius Maior aſſerebat bona opera eſſe neceſſaria ad ſalutem. Nicolaus verò Ambsdorffius & ipſe Theologus, *Alia controuerſia inter Georgium Maiorem & Amsdorffium.*

doce-

Digitized by Google

de neceſsitate bonorum operum.

docebat, Bona opera eſſe pernicioſa ad ſalutem. Oſiander ibid.

Ex tot, tantiſq; odijs ac iurgijs Lutheranorum factum eſt, vt cum ijdem anno 1557. ad certamen cum Catholicis ineundum authoritate Imperiali comparere Wormatiæ iuberentur, propter domeſtica in Religione diſsidia pæne nullum reperirent doctorem, qui mittendus ad colloquium, cum altero conſentiret. Habita igitur priùs Wittebergæ Synodus fuit, vt Illyricus & Melanchthon conciliarentur. Sed nulla eſt concordia aquæ cum igni: quo propius coniunxeris, hoc acriùs pugnant. Aſperati igitur iſti Duûmuiri maioribus iris, ex illo congreſſu cum contumelia diſceſſerunt.

Wittebergæ fruſtra tentata conciliatio inter Philippũ & Illyricum.

Colloquiũ Wormatiæ cũ Catholicis inſtitutũ:

Interea Colloquij Wormatienſis tempus imminet: Conuenitur. Adſunt Lutheranarum partium duodecim Theologi. Ab his Catholici petunt,

petunt, vt, quandoquidem multæ ſectæ inter ſe diſsidentes, ſub Auguſtana Confeſsione ſe comprehendi volunt, priuſquam ad rem procedatur, declarent, quas ipſi ſectas Auguſtanæ Confeſsioni conſentaneas, quas diſſentaneas ſtatuant. Nam decretum erat, eos ſolos colloqui debere, qui veteri religioni Catholicæ, & Auguſtanæ Confeſsioni eſſent addicti. Ibi in diem vſque decimum ſextum certatum eſt inter Auguſtanæ Confeſsionis fratres; nec tamen ea res componi potuit, quod alij ex ijs ſectas quaſdam, tanquam ab Auguſtana Confeſsione diſcrepantes, excluderent; alij retinendas cenſerent. Vnde quinq; ex illis Lutheranis collocutoribus à ſeptem ſuis Symmyſtis damnari, & excommunicati abſcedere coguntur. Fuere autem excluſi Erhardus Schnepfius, Eraſmus Sarcerius, Ioachimus Môrlinius, Victorinus Strigelius, & Joannes Stôſſelius.

in quo Lutherani inter ſe ſcinduntur.

Videatur Colloquium Wormatienſe editum à Reuerendiſſimo D. Friderico Fornero Suffraganeo Bambergenſi Ingolſtadij anno 1624. & Surius in Cõment. 1557.

Et

Et quod mirabilius, non potuerunt in totâ Lutheranorum Eccleſiâ quinq; alij concordes inueniri, qui excluſis ſufficerentur. Sed nec ſeptem reliqui inter ſe omnino conſpirarunt; Nam Brencius erat Vbiquitate grauidus, quam Philippus peſsimè oderat. Philippus Melanchthon erat in cute Caluiniſmo perunctus, cui Caluiniſmo non fuit amicus Brencius: Ioan. Piſtorius Niddanus fortè iam tum ſemicatholicus, poſtea diuina gratia in veram viam eſt vocatus.

Extant in Colloquio Wormatienſi Forneriano pag. 64. & ſeqq. proteſtationes & querelæ Saxonicorum Theologorum, qui è Colloquio ſunt à ſuis ſocijs excluſi.

Sed & Joannes Marbachius diuerſa nōnulla ſenſit ab alijs. Schmidelinus nouitatum mirus amator, fecundus progenitor, & vaferrimus faber fuit. Jacobus Rungius verò & Georgius Karg quis ſcit, quid crediderint?

Quare cum non poſſent inter ſeſe conuenire Lutherani iſti Theologi, Colloquium fuit finitum, ſine

vllo

vllo fructu, & cum dedecore Lutheranorum.

Oſiander quidem in Centur. 16. culpam abrupti colloquij in Catholicos transfert, quod & Melanchthon cum ſocijs fecit Wormatiæ; ſed id verum non eſſe teſtatur *Conſeſſus octauus* illius Colloquij 12. Octobris habitus, quo die recitata fuit *proteſtatio* Theologorum Catholicorum (littera K. notata in Actis Fornerianis) in qua ſolidiſsimis quinq; rationibus demonſtrãt, non licere ſibi poſt excluſionem Saxonicorum Theologorum, vlterius progredi cum reſiduis Confeſſioniſtis; vtpote Zwinglianorum fautoribus. Deinde adiecta fuit alia *proteſtatio* littera L. ſignata, in qua oſtendunt luculenter ijdem Catholici, non ſe, ſed Philippum & reliquos confeſsioniſtas eſſe Colloquij turbatores, cum nolint parere imperij decreto.

Pro-

Digitized by Google

Prodierunt poſtea ſcripta acerbiſsima, præſertim Nicolai Ambsdorffij, & Nicolai Galli aduerſus illos ſeptemuiros, qui quinque reiecerunt. Inter alia Ambsdorffius in libello, cui titulus, *Publica Confeſſio puræ Doctrinæ*: *Brencius*, inquit, *& Adiaphoriſtæ* (Philippum & ſocios intellige) *iam in colloquio VVormatienſi Zvvinglium & Oſiandrum ob linguarum & artium inſignem peritiam, condemnare noluerunt, noſtros autem, qui in colloquium illud conſentire recuſarunt, niſi illi damnarentur, ſannis & contumelijs laceratos, è colloquio excluſerunt, & abire compulerunt. Nos Zvvinglianam & Oſiandrinam hæreſes tranquilla conſcientia amplecti non poſſumus. Et quamuis Theologi qui in VVormatienſi Colloquio poſt noſtrum diſceſſum permanſêre, publicè editis ſcriptis teſtati ſunt, ſe ab Auguſtana Confeſſione nolle diſcedere, re tamen ipſa diuerſum planè faciunt. Cum*

enim

enim Zuuinglianos & Oſiandrinos execrari nolint, non poſſunt Auguſtanæ Confeſſioni adhærere. Hæc ſcilicet eſt præclara Eccleſiæ Lutheranæ Concordia, de qua tantopere iſti gloriantur. Sed iuſtus eſt Dominus, & recta Iudicia eius. Meritò in ſe ipſos ſæuiunt, qui tot maledictis veram Chriſti Eccleſiam lacerant: meritò in tot auia abducuntur, qui rectam veritatis ſemitam ſpontè deſeruerunt.

Cum ergo tot eſſent inter Lutheranos pſeudoLutherani, vt in arrogantiſsima illa certitudine fidei quam alioqui perpetuò in ore habent, nemo de ſua fide certus eſſet, aliquot annorum circuli euoluuntur, varij conuentus inſtituuntur; de pace & concordia ſemper agitur; nunquam ad eam peruenitur.

Igitur anno 1558. cōuenerunt aliquot Electores & principes Francofurti, (inquit Oſiāder cent. 16. f. 667.

& in-

Prodierunt poſtea ſcripta acerbiſsima, præſertim Nicolai Ambsdorffij, & Nicolai Galli aduerſus illos ſeptemuiros, qui quinq́ue reiecerunt. Inter alia Ambsdorffius in libello, cui titulus, *Publica Confeſſio pura Doctrinæ*: *Brencius*, inquit, *& Adiaphoriſtæ* (Philippum & ſocios intellige) *iam in colloquio VVormatienſi Zvvinglium & Oſiandrum ob linguarum & artium inſignem peritiam, condemnare noluerunt, noſtros autem, qui in colloquium illud conſentire recuſarunt, niſi illi damnarentur, ſannis & contumelijs laceratos, è colloquio excluſerunt, & abire compulerunt. Nos Zvvinglianam & Oſiandrinam hæreſes tranquilla conſcientia amplecti non poſſumus. Et quamuis Theologi qui in VVormatienſi Colloquio poſt noſtrum diſceſſum permanſère, publicè editis ſcriptis teſtati ſunt, ſe ab Auguſtana Confeſſione nolle diſcedere, re tamen ipſa diuerſum planè faciunt. Cum*

enim

enim Zvvinglianos & Oſiandrinos execrari nolint, non poſſunt Auguſtanæ Confeſſioni adhærere. Hæc ſcilicet eſt præclara Eccleſiæ Lutheranæ Concordia, de qua tantopere iſti gloriantur. Sed iuſtus eſt Dominus, & recta Iudicia eius. Meritò in ſe ipſos ſæuiunt, qui tot maledictis veram Chriſti Eccleſiam lacerant: meritò in tot auia abducuntur, qui rectam veritatis ſemitam ſpontè deſeruerunt.

Cum ergo tot eſſent inter Lutheranos pſeudoLutherani, vt in arrogantiſsima illa certitudine fidei quam alioqui perpetuò in ore habent, nemo de ſua fide certus eſſet, aliquot annorum circuli euoluuntur, varij conuentus inſtituuntur; de pace & concordia ſemper agitur; nunquam ad eam peruenitur.

Igitur anno 1558. cõuenerunt aliquot Electores & principes Francofurti, (inquit Oſiãder cent. 16. f. 667.

& in-

& inter alia deliberarunt de ratione minuendi & tollendi controuerſias, quæ tum inter Auguſtanæ Confeßionis Theologos vigebant. Negotium hoc datum eſt Philippo, vt aliquot capita conſcriberet, ſecundùm quæ Theologi Auguſtanæ Confeſſionis de Articulis controuerſis (puta de Adiaphoris, de Synergiſmo, de neceſſitate bonorum operum, inprimis verò de cœna Domini) docere deberent. Conſcribit ergo Confeſsionem quampiam Philippus, quam Oſiander *lubricam* vocat, eitq́; *aliquot principibus & Rebuspublicis Euangelicis nequaquam ſatisfeciſſe.* Igitur & hic conuentus fine optato eſt fruſtratus.

Anno 1559. Iam non tantum in fumum, ſed in plenam flam̃am erupit bellum de bonis operibus inter Maioriſtas & Amsdorffianos. Cum enim *D. Georgius Maior Theologus VVittebergenſis aſſeruiſſet* (inquit Oſiander f. 669) *Bona opera ad ſalutem*

Oſiander centuria 16.

eſſe

eſſe neceſſaria; neq́ quemquam vnquam ſine bonis operibus eſſe ſaluatum, & impoſſibile eſſe, ſine bonis operibus ſaluari: Nicolaus Ambsdorffius Theologus Lutheranus, dum falſam D. Maioris propoſitionem de neceſſitate bonorũ operũ ad ſalutem, euertere conatur, in alterum extremum impegit, & defendere conatus eſt hanc abſurdam propoſitionem, Bona opera ad ſalutem eſſe pernicioſa. Hæc ſententia non minus, quam D. Maioris, à Theologis ſinceris improbata & reiecta eſt. Durauit hæc rixa & latiùs ſeſe explicauit per aliquot annos, magna cum perturbatione Principum Lutheranorum.

Anno 1560. nemo noſſe potuit, quinam eſſent verè & primæ notæ Lutherani. Mansfeldici tamen Islebiam conuenerunt, magnamq́ue partem Lutheranorum damnarunt. In illa Synodo hunc Hymnum ipſi Lutherani ceciniſſe feruntur.

O ſancte Deus aſpice

Quam

Hymnus Lutheranorum.

Quam paruus eſt eorum,
Cætus, qui toto pectore,
Diligunt tuum verbum.
Defecit & extincta eſt
Fides, nec veritas poteſt
Habere locum vllum.
Tantùm docent præſtigias
Inſidioſa fraude:
Non quærunt quæ ſit Veritas.
E Sacro Verbi fonte, &c.

Mox anno 1561. Conuentus Naumburgenſis celebratur: Sed etiam irrito conatu. De quo vide Adamum Conzen in Iubilo, cit. anno.

Anno 1566. In conciliabulo Naumburgenſi Confeſſio Auguſtana toties ad incudem reuocata, denuo recognita eſt, eamq; ſic temperatã nouo Spiritu, Fridericus Palatin. princeps ſubſcriptione firmauit.

Anno 1568. iuſſu hinc Auguſti Saxoniæ Electoris, inde Ioannis Guilielmi Saxoniæ Ducis duodecim deputati Theologi, ſex ducales, & toti-

Digitized by Google

totidem Electorales conuenerunt Altenburgi, ad finem tam periculoſis litibus imponendum. Leges, arbitri, & Notarij vtrinque conſtituuntur. Diſputationis materia erat Iuſtificatio, Liberum arbitrium, & Adiaphora. Spacio ferè ſex menſium à die 20 Octobris 1568. vſq; ad 9 Martij anni ſequentis calide iuxta ac callide eſt diſputatū de vnico Iuſtificationis articulo; ſed nihil effectum, niſi quòd errores mutuos vtrinq; & cupidè añotarent, & pertinaciùs in ſua hæreſi confirmarentur, abſque vlla alteriùs partis ceſſione. Sic nimirum accidere ſolet, vbi nullus viſibilis iudex Vice Chriſti agnoſcitur. *Colloquium Altenburgenſe inter Saxonicos Electorales, & Ducales habitum de Iuſtificatione, libero arbitrio &c.*

Quod vni parti placuit, diſplicuit alteri. Nã nec 1. de RECESSV principum ſuorum conuenerunt. Nec 2. de origine diſsidij, quod Electorales ab Illirici clamoribus, Ducales ab edicto INTERIM appellato *Vide cauſas publicationis Colloquij Alten-*

burgico à Ducalibus præfixas in impreſſione Ienenſi 1570. in 4.

lato exortum voluerunt. Nec 3. de via & ratione colloquendi; quem alij malebant ore, alijs verò ſcriptis fieri. Nec 4. de ſcopo & fine colloquij, quem Ducales dicebant eſſe, vt de corruptelis poſt obitum Lutheri introductis *collatio* fieret: Electorales, non ita, ſed vt pacis ineundæ cauſa de articulis controuerſis amicum colloquium inſtitueretur. Nec 5. de *norma*: cui Electorales accenſebant Philippi Melanchthonis libros, quos Ducales repudiarunt. Nec 6. de *Auguſtana Confeſſione*, quam à Philippo auctam recipiunt Electorales, reijciunt Saxonici. Nec 7. de interpretatione eiuſdem Confeſsionis. Nec 8. de Scriptis Lutheri.

Sed & alteri alteros vocant *Seruetianos*, *Antinomos*, *Enthuſiaſtas*, *Manichæos*, *Epicuræos*, *Pſeudoprophetas*, *Prophanos*, *Stoicos*, *Talpiſcæciores*, *Spectrafugacia*, *vertiginoſum* Spiri-

Spiritum, Sycophantas, falſarios, Impios, errorum & corruptelarum palliatores, Agyrtarum & præſtigiatorum ſimiles, furoris æſtu percitos, &c. O elegantiſſima nomina! de his nonne verè dicitur, eſſe *criminatores?*

Præterea in prima collatione Colloquij Altenburgici fol. 17. a. ſic loquuntur Ducales. *Nonnulli in ipſorum* (Electoralium) *Eccleſijs à multis ſinceris Eccleſijs Chriſti palam & publicis ſcriptis accuſati ſunt, quod in ſummis quibuſdam articulis à veritate diuina exorbitarint, vtpote Eccleſiæ Saxonicæ, Lubecenſis, Hamburgenſis, Luneburgenſis, Brunſuicẽſis, VViſmarienſis, Roſtochienſis, Item Ratiſponenſis, Magdeburgenſis, Thuringica, Mansfeldenſis, Prutenica, &c. Libros & folia quorundam notarunt, atq; corruptelas non exiguas, verbo Dei luculento refutarunt. Nam hoc certum eſt, viuo Luthero, non ſoliti ſunt ſinceri Eccleſiæ miniſtri ſic loqui & docere.*

Ducales accuſant Electorales Theologos.

Par reſi-runt Ele-ctorales Ducali-bus.

Ex altera verò parte Electorales fol. 129. b. *Nobis* (inquiunt) *quantus dolor allatus ſit ex ſcripto Collocutorum proximo, quo ſe in* FVNDAMENTO *diſſentire ab Eccleſijs noſtris oſtenderunt, non poſſumus vllis verbis noſtris exprimere.*

Saxonici Ducales quoque ſtatim à principio Colloquij has, vt appellãt, corruptelas nominatim obijciunt Electoralibus, quibus eos à verbo Dei, à Confeſſione Aug. Apologia & ſcriptis Lutheri deuiaſſe affirmant fol. 8. a. 407. b. 491. a.

1. *Imputatione & inchoatione nos ſimul coram* DEO *iuſtificari.*
2. *Pracipuè nos fide ſaluari & iuſtificari.*
3. *Bona opera ad ſalutem eſſe neceſſaria: Impoſſibile eſſe ſine bonis operibus ſaluari, aut iuſtificari: Nemo ſine operibus ſaluatus eſt vnquam.*
4. *Bona opera ſalutem & iuſtitiam retinere.*

5. *Non*

Digitized by Google

5. *Non pugnandum de particula (ſola) in hac propoſitione, ſola fide iuſtificamur, contra antichriſtum reuelatum.*
6. *Diſcrimen eſſe inter ſalutem & iuſtitiam, in negotio & propoſitionibus Iuſtificationis.*
7. *Iuſtitiam Chriſtianorum, quà coram* DEO *iuſti ſunt, in hac vitâ imperfectam eſſe.*
8. *Pro bonis operibus dari vitam æternam.*
9. *Fide & Confeſſione homines apprehendere iuſtitiam & ſalutem.*

His propoſitionibus in diſputationis progreſſu ſubſequentes ſunt additæ.

10. *In articulo Iuſtificationis bona noſtra opera neceſſitate præſentiæ eſſe neceſſaria.*
11. *Doctrinam de Iuſtitia paſſiua conceptum eſſe errorem.*
12. *Dicto Apoſtoli Pauli* τῷ μὴ

ἐργαζομένῳ tantum excludi meritum, non neceſſitatem præſentiæ bonorum operum in articulo Iuſtificationis.

13. *Auguſtanam Confeſſionem & Apologiam non tantum merita, ſed ipſa quoq; opera, in articulo Iuſtificationis excludere, prorſus eſſe ἀνακόλουθον.*

14. *Lutherum in omnibus ſuis dictis de articulo Iuſtificationis ſolam de operibus præſumptionem prohibere.*

15. *Nouitatem inchoatam eſſe partem ſalutis.*

16. *Fidem eſſe cauſam efficientem, propter quam credenti fides imputatur ad iuſtitiam.*

17. *Nouam obedientiam eſſe formale conuerſionis.*

Electores contra obijciunt inter cætera Saxonicis Ducalibus hæc erronea, vt illi apellant,

Capita.

1. *Deum*

1. *Deum ſine operibus noſtris nos iuſtos efficere & ſaluare, quia ipſe in nobis operetur contritionem.*
2. *Iuſtificationem creſcere & augeri indies.*
3. *Bona opera eſſe pernicioſa ad ſalutem.*
4. *Dictum Pauli, qui ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt, etiam de operibus renatorũ, quæ ſunt fructus fidei, intelligendum.*
5. *Fidei Iuſtitiam eſſe primariam, &c.*

Hæc & multò plura Electorales Saxonicis exprobauerunt tanta contentione virium, tantaque acerbitate verborum, vt planè manifeſtum ſit, huic Colloquio Altenburgenſi longè alium ſpiritum præfuiſſe & præſediſſe, quàm ſpiritum VNITATIS. Nam poſteaquàm tot menſibus inter ſe canino more rixa-

ti & altercati eſſent, plus non effecerunt: quàm vt *multò maior animorum offenſio relinqueretur poſt Colloquium, quàm antea fuerat.* teſte Luca Oſiandro fol. 811. Cent. 16.

Hanc miſeriam Lutheranus quidem ita deplorauit: *Horum certaminum (inquit) miſereatur Chriſtus Ieſus, ac Eccleſiæ ſuæ vulnera propter gloriam nominis ſui ſanet. & animos docentium ad manſuetudinem, lenitatē, ſtudiúmq́ piæ & ſalutaris pacis atq́ concordiæ flectat.* Sed orationem ſuam in ventos effuſam fatetur. idem Schardius. *Hoc colloquio ſoluto* (inquit) *certamina augeſcere, & omnis odij acerbitates erumpere, ac ambitionis æſtus plurimorum cordibus reconditus ita exardeſcere cæpit, vt in quosvis arbitrio ſuo inuehi, & quodcunq́ libuerit, conceptum animo emittere, & chartis tenerè illitum in vulgus non abſq́ piarum mentium noxa auſi ſint ſpargere.*

Digitized by Google

Interea dum ita rabioſè litigant prædicantes, quot animarum myriades Tartaro mancipatæ æternùm perierunt? ſi deeſſent lachrymæ, ſanguine tot funera deflenda forent.

Anno 1571. Dreſdæ conuentum eſt, vbi conſentientibus Academijs, ſuperattendentibus & paſtoribus Saxoniæ Electoralis, Carnis Chriſti Vbiquitas exploſa eſt, tāquam *vniuerſæ orthodoxæ Eccleſiæ, & toti orbi Chriſtiano inde vſq; ab initio incognita.*

Anno 1577. *deliberabatur eo tempore non vno in loco tantum* (inquit Oſiander cent. 16. f. 862. & 863.) *qua ratione pax inter Theologos Auguſtanam Confeſ. profitentes conſtitui poſſet; Pontificij enim hoc vno ferè argumento Euangelicos impugnabant, quod inter Theologos Aug. Conf. tot eſſent diſſenſiones, vt ſi quis maximè vellet Papatum deſerere, non tamen ſtatuere*

 poſſet,

poſſet, cui ſe potiſſimum ſectæ, (ſic enim noſtros vocabant) adiungere tuto deberet. Quo minus autem pax inter Lutheranos Theologos conſtitui poſſet, obſtabat, quod VVittebergenſes & Lipſici Theologi, & qui ipſis etiam in alijs regionibus adhærebant, errores & corruptelas ſub infauſto illo INTERIM *natas nondum deponere, aut corrigere volebant. Defendebant enim adhuc neceſſitatem bonorum operum ad ſalutem; Euangelij ac legis confuſionem; nimias liberi arbitrij vires in hominis conuerſione, &c. Sinceri autem Theologi, qui hinc inde in Germania docebant, corruptelas illas doctrinæ cæleſtis non ſilentio diſſimulare poterant; ſed voce & ſcriptis publicis impugnabant: itaq; rebus ſic ſtantibus pax inter Theologos Auguſtanæ Confeſ. conciliari non poterat.* Hæc Oſiander.

Poſthæc ſecuti ſunt plurimi alij conuentus, & Colloquia Lutheranorum, *Herzbergæ, Magdeburgi, Schmal-*

Digitized by Google

Schmalcaldiæ, Tangermunda, Quedelburgi & alijs locis inſtituta, *ſine vllo fructu.*

In Herzbergẽſi Colloquio iſtud memorandum accidit; vt videre eſt pag. 150. & ſeqq. Schmidelinus dixerat Magiſtro Wolffgango Amlingo, *Doctores in abſtracto dicere, Noſtra caro eſt Deus.* Reſpondit Amlingus, *ſe hanc propoſitionem non concedere.* Obijcit Schmidelinus. *Tamen Lutherũ ſic loqui.* Interpellat Chemnitius; *Hanc propoſitionem, Noſtra caro eſt Deus, Nolumus defendere.* Schmidelinus. Das Fleiſch iſt Gott/ das ſage ich. Amlingus ait. *D. Chemnitius ipſe hanc locutionem reijcit. Serueſtæ in horto dicebam, Filius Mariæ eſt Deus, in quantum eſt homouſios Patri & Spiritui ſancto, ſed nõ in quãtum eſt homouſios matri Virgini & nobis.* Exclamat Schmidelinus. *Hoc eſt hæreticiſſimum.* Amlingus Chemnitium compellans ait. *Reueren-*

uerende Domine Chemniti. Credo te ab hac ſententia non diſſentire. Filius Mariæ eſt Deus, ſcil. reſpectu eius naturæ, quæ eſt coëſſentialis Patri, & ſpiritui ſancto, non reſpectu naturæ aſſumptæ? Reſpondet Kemnitius. *Hoc eſt reſpectu naturæ, quæ fuit ab æterno.* Amlingus. Ita. Chemnitius. *Non repugno, ſed dico, veram eſſe explicationem. Atqui* (inquit Amlingus) *Doctor Iacobus* (Schmidelin) *non vult fateri.* Ergo iterum exclamat Schmidelinus. *Eſt Hæreticiſſimum.* Quid hîc Doctor Chemnitius? Ey Hy. Doctor, thuet gemach. *Eia, Domine Doctor, ne præcipites.* Tum Amlingus ad Schmidelinum. *En Consensum. Tu affirmas, quod Dominus Chemnitius negat:* & tamen ſocij ac collegæ erant in illo Colloquio Chemnitius & Schmidelinus; Annon hæc eſt canina Concordiſtarum concordia?

Bergenſes fratres Concordiſtæ Schmidelinus & Kemnitius, quā belle concordârint?

Planiſſimè id accidiſſe credimus, quod

quod fieri ſolet, ſi vitra teſta ſuæ inter ſe collidas: quæ ſemper in plura fruſta diſſiliunt, quo ſæpius concutiuntur. Ita Lutheranorum iſti conuentus non pacis remedia, ſed nouorum bellorum fuere indictiones. Quæ cauſa fuit, cur tantopere publicam, liberam, & vniuerſalem Lutheranam Synodum Bergenſes fratres formidarint. Viderunt enim nunquam futurum, vt Liber Concordiæ ab omnibus approbaretur, ideò priuatim & ſingillatim ea ſuffragia emendicarunt.

Videt ergo euidentiſſimè veritatis amans Lector, quàm procul ſemper ab VNITATE fidei abfuerit Lutherana Eccleſia?

***

Digitized by Google

CONSIDERATIO QVINTA.

Herzberg Colloq. fol. 14.

INTER alia, cur Anhaldini Theologi noluerunt ſubſcribere Libro Concordiæ, etiam hanc adducunt in ſcripto ſuo, quod principio Colloquij Herzbergenſis die 21. Auguſti anno 1578. obtulerunt. *Sexto* (inquiunt) *etiamſi nulla cauſa ex dictis adeſſet, nihilominus experimur (quod nos conſcientiæ cauſa monere decet) librum iſtum (Concordiæ) in præcipuis articulis partim peregrinas & in huius ditionis Eccleſijs ac Scholis inuſitatas doctrinas, partim nouos ſtatus & fundamenta, partim apertas* CONTRADICTIONES *inducere.* Quod de *Contradictionibus* aſſerunt, veriſ-

veriſſimum eſſe, ſequentia exempla demonſtrabunt.

I. Aſſerunt Concordiſtæ art. 8. ſe naturas in Chriſto & earum proprietates non confundere, ſed diſtinguere. At repugnat ex diametro diſtinctioni naturarum *realis communicatio idiomatũ,* quam quidẽ defendunt. Quibus enim eædem competunt communes proprietates, ea quoque habent vnam naturam. Quare licet alijs verbis deteſtentur *Eutychen,* alijs tamen illius doctrinam amplexantur. *Contradictiones Libri Cõcordiæ.*

II. Symbolum Athanaſij (quod in Libro Concordiæ recipitur) expreſsè docet, *Filium eſſe æqualem Patri ſecundum diuinitatem, minorem Patre ſecundum humanitatem,* Contra docet Liber Concordiæ art. 3. fol. 235. Tubing. edit. 1580. quod obedientia Chriſto non ſolùm ſecundùm *humanitatem,* verùm etiam ſecundùm *Deitatem* ſit adſcribenda;

da; perinde ac ſi dicant, Chriſtum non ſolum vt hominem, ſed etiam vt Deum obediuiſſe: quod eſt hæreticum. Quia vt omnes ſciunt, *reduplicatio* VT, non ſuppoſitum, ſed formam *reduplicat*; & omnis is, qui obedit, minor eſt illo, cui obedit; nam imperare ſuperioris, obedire inferioris eſt.

Obijciunt, Si Chriſtus, *vt Deus*, non fuit Patri obediens, tunc duæ cum Neſtorio perſonæ affirmantur in Chriſto; vna, quæ obediuit; altera, quæ non obediuit Patri.

Negatur ſequela. Nonne Apoſtolus ad Philipp. 2. v. 6. 7. de eadem Chriſti perſona dicit. *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum, &c. factus obediens vſque ad mortem, &c.* Eidem igitur perſonæ, ratione geminæ naturæ, gemina prædicata conue-

conuenire poſſunt. Sanè ſi Chriſtus, vt Deus, Patri obediuit, tunc etiam vt Deus à patre diſtinguitur, quia qui obedit alteri, eſt minor illo, cui obedit. Alius igitur Deus eſt Pater, alius Filius: Atqui vnus eſt tantum verus Deus, iuxta ſymbolum; cum igitur conſtet Patrem eſſe verum Deum; Filius non eſt verus Deus, ſi à Patre, vt Deus, diſtinguitur ſecundùm Concordiſtas; quod eſt Arij dogma.

III. Fatetur Concordia art. 8. fol. 244. b. edit. Tubing. vtramque in Chriſto naturam ſuas proprietates retinere in æternum ſine abolitione; & has naturæ humanæ proprietates eſſe, vt ſit creatura corporea, finita, circumſcripta, aſcendens & deſcēdens, & de loco in locum ſe mouens; & tamen ſimul dicunt humanitatem realiter eſſe vbique, aliaſque proprietates Dei ſibi realiter communicatas habere; non obſtanti-

ſtantibus, ſed ſimul manẽtibus proprietatibus naturæ humanæ. Quæ duo ſimul conſiſtere nequeunt. Quomodo enim eſt circumſcripta loco, ſi eſt vbique? &c.

IV. Ait Concordia art. 7. *panem & vinum vere* (hoc eſt, ſecundum litteram, ſine figura ſermonis, propriè) *eſſe corpus & ſanguinẽ Chriſti.* Et tamen dicunt verba Chriſti ſic intelligenda, yt *in, ſub*, & *cum* pane & vino corporaliter & ſubſtantialiter adſit verum corpus, & verus ſanguis Chriſti. Hæccine eſt propria horum verborum ſignificatio? Hæc littera?

V. Ait ibidem Concordia panem eſſe verè corpus, & vinum verè ſanguinem Chriſti. & tamen dicunt tam corpus, quàm ſanguinem Chriſti eſſe vbique; quod ſi verum, annon etiam panis & vinum eſt vbique? Quid abſurdius?

VI. Concordia damnat art. 7. *Transſubſtantiationem*, & tamen admittit

mittit primam Confeſſionem Auguſtanam ac Apologiam, in qua admittitur *Tranſſubſtantiatio*. quæ eſt palpabilis cōtradictio. Et dū ait, panem eſſe verè Corpus Chriſti, hoc ipſo *Tranſubſtantiationem* quādam admittit, quæ eſt Cōtradictio altera.

VII. Concordia ait fol. 242. b. art. 7. priuatione calicis priuari populum Sanguine Chriſti; & concedit ſub qualibet ſpecie ſeorſim accipi totum Chriſtum, tam quoad corpus, quàm quoad ſanguinem.

VIII. *Denique duo principalia dogmata,* (inquiunt Neoſtadienſes) *quorum gratia Liber ſcriptus eſt, quorum vtrumque per alterum Theologi ſtabilire & obtinere volunt, ita ſe confutant & elidunt mutuò, vt alterum cum altero conſiſtere nulla ratione poſſit. Quod enim vbiq; eſt, id de loco in locum non tranſit. Ex nullo enim loco abit, quod in omnibus manet, & in nullum venit, quod eſt iam ante in omni-* Neoſtad. f. 322.

mnibus. Corpus autem Christi illis eſt vbique, & quidem ſecundum modum dextræ Dei, ſeu Deitatis. Ergo non tranſit cum pane ex manu miniſtri in ora veſcentium. Ergo nulla eſt illorum oralis manducatio, quam contra Sacramentarios defendunt. Rurſus, quod loco mouetur, non eſt vbiq;. Non enim manet in loco, ex quo abit, & non fuit in eo, in quem venit. Corpus Chriſti ſecundum Librum Concordiæ, editur ore, vna cum pane, adeoq; loco mouetur. Non igitur eſt Vbique, quia diſcedit ex manu, & venit in os, in quo non erat. Sic vtrinque ſuo ſe gladio iugulant Concordiſtæ, & vnde putant fulciri ſua aſſerta, inde ſubuertuntur.

Plures Contradictiones & pugnæ Libri Concordiæ videantur in Iudicio Rob. Bellarmini de Libro Cõcordiæ, & annexa eiuſdẽ Apologia pro eodẽ Iudicio: Item in Admonitione Neoſtadienſiũ de Libro Cõcordiæ, & eiuſdem Admonitionis defen-

Digitized by Google

defenſione contra Erfurtenſes. in 4.

Ex his ita argumentor.

Illa Eccleſia non eſt VNA vnitate Fidei, quæ ſequitur NORMAM anormem, & à ſeipſa per antilogias ac pugnantes ſententias diuiſam.

Sed Lutherana Eccleſia hoc facit. nam ſequitur Librum Concordiæ, eumque pro Symbolo & Norma agnoſcit, qui tamen à ſeipſo per Antilogias manifeſtas, & pugnantiſſimas ſententias eſt diuiſus.

Ergo Lutherana Eccleſia non eſt VNA vnitate fidei: Ergo eſt falſa Eccleſia.

CONSIDERATIO SEXTA.

ETIAM Lutherum canonizari, & à Concordiſtis nimium extolli, quidam è Cenſoribus Lutheranis queſti ſunt vt vidimus pag. 37. & 38. n. 16. de

veteri

veteri Bello Vbiquiſtico: idq́; iure meritiſſimo. Reuerâ enim ipſa mutabilitate fuit mutabilior; & ſibi ipſi in grauiſſimis rebus palàm ſæpiùs contradixit Lutherus. Ex innumeris contradictionibus lubet hoc loco vnicum Lectori exemplum conſiderandum proponere. Quæſtio eſt ſummi momenti; *An Eccleſia Chriſti in terris in aliquo articulo Fidei errare poſſit?*

AFFIRMAT LVTHERVS.

In poſtilla Eccleſiaſtica ſuper Dom. 1. poſt Epiphaniam, editionis Witteberg. 1584. apud Ioan. Lufft fol. 168. *Eccleſia ſiue Cõcilia* (inquit) *ſint tam ſancta, quantumcunq; velint, tamen ſpiritum ſanctum non magis habent, quàm Maria Mater Chriſti, quæ eſt vtiq; etiam membrum, imò tunc præcipuum membrum erat Eccleſiæ; & licet per ſpiritum ſanctum ſanctificata*

cata fuerit, tamen permiſit illam ſubinde Deus errare, etiam in ſublimibus rebus Fidei. Igitur non ſequitur, quod Sancti, qui Spiritum habent, ideò errare nequeant, ſed omnia vera eſſe debeant, quæ dicunt. Multum adhuc infirmitatis & ignorantiæ manet in ſummis perſonis; vt proinde ex perſonali Sanctitate non debeat iudicari de doctrina & rebus Fidei, an ex ſpiritu S. ſint, quia vniuerſa hæc poſſunt errare.

NEGAT LVTHERVS.

In reſolutionibus ſuper propoſitionibus Lipſiæ diſputatis Tom. 1. Lat. Ien. anno 1564. f. 293. col. 2. *Dico ſicut paulo ante dixi, magnam & infallibilem eſſe Eccleſiæ auctoritatem quod ſpiritu Chriſti regatur, pleno corde confiteor.*

In quadam Concione tom 7. Witteb. Ger. anno 1554. fol. 13. col. 2. *Extra dubium eſt, quod Deus obedien-*

dientiam Eccleſiæ præſtitam accipiat; ac ſi ipſimet præſtita eſſet. Etiam impoſſibile eſt, vt fides Eccleſiæ te ſinat interire, æque parum, ac infantem, qui merito fidei alienæ baptizatur & ſaluatur.

Tractatu de veteri vera Eccleſia. Tomo 7. Germ. Witt. anno 1554 f. 562. c. 1. *Eccleſia nec debet, nec poteſt mendacia & errores docere, ne in vnico quidem articulo. Si vnum mendacium doceat, totum eſt falſum, vt Chriſtus ait Lucæ 11. Vide ne lumen quod in te eſt, ſint tenebræ. Si corpus tuum totum ita eſt lucidum, vt nullam partem tenebrarum habeat, tunc totum lucidum erit. Debet totum lucidum eſſe, nec vlla pars tenebrarum adeſſe. Meriſſimum Verbum Dei, veritatemque debet docere Eccleſia, & nullum errorem nec mendacium. Et qui poſſet aliud fieri, cum os Dei ſit os Eccleſiæ? item Deus non poteſt mentiri, ita nec Eccleſia.*

Rur-

Digitized by Google

Rurſus Tom. 7. f. 561. de veteri vera Eccleſia. *Quod Eccleſia Chriſti non mentiatur* (inquit) *nec erret, vel ipſimet, debent confiteri. Ubi alias manerent? debent ipſi dicere, eam eſſe petram, Matth. 16. contra quam nec portæ inferi praualebunt, vel, ut S. Paulus gloſſatur, eſſe columnam & firmamentum veritatis,* &c. & paulò poſt. *Quare non poteſt Eccleſia mendacium, aut falſam doctrinam tolerare.*

In poſtilla Eccleſiaſtica Witteb. 1584. p. 3. f. 14. in die S. Ioannis Baptiſtæ ait. Gott iſt nicht ſouil gelegen am Leben / als an der Lehre. Darumb leſt er die ſeinen offt ſtrauchlen im Leben / wie wir das vil exempel in der Schrifft leſen / aber was die Lehr angehet / da hat er ſie kein Haarbreit fallen laſſen. *Deus ſuos Sanctos ſæpè ſiniit errare in vita: at in doctrina non permiſit eos pilum aberrare, aut labi.*

Hiſce locis poſterioribus diſertè

tè negat Eccleſiam errare poſſe Lutherus; priori verò affirmat disertè Eccleſiam errare poſſe. Ergo ſibi disertè contradicit.

Zeæmannus conatur defendere Lutherum; ſed irrito conatu.

RESPONDET Zeæmannus, ad hanc contradictionem, art. 15. Apologetici contra Kellerum. c. 17. f. 431. & ſeqq. *Quando Lutherus ſcribit Eccleſiam errare non poſſe, eum non loqui de viſibili Eccleſia eorum, qui ſibipſis attribuunt Eccleſiæ titulum, vt hodie facit Papa & vncti Sacerdotes, ſed de vera Chriſtiana Eccleſia electorum rectè credentium Filiorum Dei, de quibus etiam articulus fidei intelligendus. Credo ſanctam Chriſtianam Eccleſiam.* Et fol. 433. c. 1. *Magnum viſibilem cœtum eorum, qui ſe Eccleſiam appellant, & particulares Eccleſias, imò & vera membra veræ Eccleſiæ Catholicæ poſſe errare. Sed vniuerſalem Chriſtianam Eccleſiam Dei, de qua dicimus, Credo Eccleſiam ſanctam, &c. non errare in funda-*

men-

mento. Et ſic Lutherum ſibiipſi non aduerſari.

Contra hanc gloſſam argumentor. I. Si Lutherus *non loquitur de magna viſibili Eccleſia eorum, qui ſibiipſis titulum Eccleſiæ tribuunt*, tunc nec *de vera rectè credentium electorum Eccleſia loquitur*; quod eſt contra ipſum Zeæmannum. Nam & hæc ſibiipſi titulum Eccleſiæ tribuit. Annon enim Apoſtolorum tempore cœtus rectè credẽtium ſibi ipſi titulum tribuit Eccleſiæ? An de alia Apoſtoli Eccleſia locuti ſunt, quàm de ſua, cum in Symbolo dicerẽt, *Credo ſanctam Catholicam Eccleſiam*? Ergo Zeæmannus Lutherum à contradictione vindicaturus, ſibi ipſi iuſto Dei iudicio contradicit. *Zeæmannus ſibi ipſi contradicit.*

II. Lutherus dicens, *verã Electorũ Eccleſiam errare non poſſe* (vt interpretatur Zeæmannus) vel intelligit nomine *veræ Eccleſiæ*, omnes Electos, vel *aliquos* tantum. Non *omnes*; quia

G ex-

expreſſiſſimè fatetur Lutherus, *Beatam Virginem in ſublimibus rebus fidei erraſſe*. quæ vtiq́ electa fuit. Sed & ipſe Zeæmannus ait, *vera membra* Eccleſiæ errare poſſe. Vera autem membra ſunt *electi*, & quidem *ſoli* ſecundùm Lutheranos. Nec *aliquos tantum* intelligit Lutherus: aliàs quomodo loquitur de Eccleſia vniuerſali, vt vult Zeæmannus? nam *aliqui tantum* è numero rectè credentium electorum, non ſunt vniuerſalis Eccleſia. pars quippe non eſt totum. Accedit ratio, quam in nos iaciunt Lutherani, quæ iam in ipſos quadrat. Non eſt cauſa, inquiunt, cur aliqui de Eccleſia ſint ab errore immunes, & non omnes. Ergo aut omnes, aut nullus. Hoc retorqueo in Zeæmannum.

III. Lutherus in poſtilla Eccleſiaſtica loco cit. negat rotundiſſimè *infallibilitatem Eccleſia* vniuerſali. Ergo ſi alibi affirmat, vt Zeæmannus

nus dicit, ſibi contradicit. Etenim ibi diſputat contra vulgatam illam obiectionem, *Eccleſia hoc præcepit, ſenſit, & tot ſæculis inuariatum obſeruauit: ſed Eccleſia errare non poteſt; quia regitur à ſpiritu S.* Hæc autem obiectio non fuit de Eccleſia alia, quam de vniuerſali.

IV. Lutherus clariſſimè dicit, § hiewider &c. Es heiſſe Heilig/gelehrt/ Vätter/ Concilia, oder was es ſein mag/ wenes gleich Maria Joſeph vnd alle Heyligen mit einander weren/ ſo folgt darumb nicht daß ſie nicht haben können irren / vnnd fehlen. *Etiamſi eſſet Maria, Ioſeph, & omnes ſimul Sancti, non ſequitur eos non potuiſſe errare.* Si autem *omnes ſancti ſimul ſumpti* poſſunt errare (quos ſolos Lutherani dicunt eſſe de vera Eccleſia) poteſt etiā tota & Vniuerſalis Eccleſia *electorum* rectè credentium errare; Ergo Lutherus illic de vniuerſali Eccleſia locutus eſt. Ergo

Lutherus loco cit. poſtilla Domeſt. fol. 167. b.

Digitized by Google

ſibi contra dixit. Quia hac ratione vniuerſalis Eccleſia errare poteſt, & vniuerſalis Eccleſia errare non poteſt: quæ eſt contradictio.

V. Pagina 168. in eadem Concione Lutherus ſic ſcribit. Ja ſprechen ſie/ die Kirche/ heylige Vätter vnd Concilia haben vil beſchloſſen vnd geörtert in ſtrittigen Artickeln wider die Ketzer / das man allenthalben angenommen / vnd jederman glauben vnd halten muß / darumb muß auch in andern Sachen gelten / was durch Gemeine Kirch oder Concilia beſchloſſen wirdt. Quæ eſt autem gemeine Kirch / (Eccleſia *Communis*) niſi Eccleſia *vniuerſalis*? & quis contra Arium, Neſtorium, aliosque hæreticos pugnauit, niſi Vniuerſalis vera Eccleſia rectè credentium? Igitur manifeſtè de illa locutus eſt Lutherus, quando eo loco dicit illam errare poſſe. Si ergo alibi dixit, Eccleſiam vniuerſalem rectè

cre-

credentium non poſſe errare, ſibi contradixit.

VI. Lutherus in poſtilla Eccleſiaſtica antiquioris editionis Wittebergenſis anno 1528. fol. 203. col. 1. ſic ſcribit. Die Kirch ſey wie ſie wölle/rc. *Eccleſia ſit qualiſcunque, aut quomodocunque velit, tamen nondum habuit tantum ſpiritus, quantum (Maria,) & licet ſpiritus rexerit illam, tamen nobis in exemplum errare permiſit; ſi ergo illa incerta, quomodo tu me certum facies?* Quibus verbis euidens eſt, Lutherum *cuicunque* Eccleſiæ, ſiue ſit electorum, ſiue non electorum, negare infallibilitatem. Igitur negat etiam Eccleſiæ vniuerſali. Quando ergo alibi dicit, *os Dei eſſe os Eccleſiæ, eam non poſſe mendacium docere*; ſibi apertè contradixit.

VII. Lutherus eadem concione in poſtilla Eccleſiaſtica dicit: Es ſey auf keinen Menſchen zubawen/

ſibi contra dixit. Quia hac ratione vniuerſalis Eccleſia errare poteſt, & vniuerſalis Eccleſia errare non poteſt: quæ eſt contradictio.

V. Pagina 168. in eadem Concione Lutherus ſic ſcribit. Ja ſprechen ſie/ die Kirche/ heylige Våtter vnd Concilia haben vil beſchloſſen vnd geordnet in ſtrittigen Articklen wider die Ketzer / das man allenthalben angenommen / vnd jederman glauben vnd halten muß / darumb muß auch in andern Sachen gelten / was durch Gemeine Kirch oder Concilia beſchloſſen wirdt. Quæ eſt autem gemeine Kirch/ (Eccleſia *Communis*) niſi Eccleſia *vniuerſalis*? & quis contra Arium, Neſtorium, aliosque hæreticos pugnauit, niſi Vniuerſalis vera Eccleſia rectè credentium? Igitur manifeſtè de illa locutus eſt Lutherus, quando eo loco dicit illam errare poſſe. Si ergo alibi dixit, Eccleſiam vniuerſalem rectè

cre-

credentium non poſſe errare, ſibi contradixit.

VI. Lutherus in poſtilla Eccleſiaſtica antiquioris editionis Wittebergenſis anno 1528. fol. 203. col. 1. ſic ſcribit. Die Kirch ſey wie ſie wölle/ꝛc. *Eccleſia ſit qualiſcunq́, aut quomodocunq́ velit, tamen nondum habuit tantum ſpiritus, quantum (Maria.) & licet ſpiritus rexerit illam, tamen nobis in exemplum errare permiſit; ſi ergo illa incerta, quomodo tu me certum facies?* Quibus verbis euidens eſt, Lutherum *cuicunq́* Eccleſiæ, ſiue ſit electorum, ſiue non electorum, negare infallibilitatem. Igitur negat etiam Eccleſiæ vniuerſali. Quando ergo alibi dicit, *os Dei eſſe os Eccleſiæ, eam non poſſe mendacium docere*; ſibi apertè contradixit.

VII. Lutherus eadem concione in poſtilla Eccleſiaſtica dicit: Es ſey auf keinen Menſchen zubawen/

oder ſich zuverlaſſen; ſondern wie das Euangelium meldet / allein an Gottes Wort zuhangen. Hoc eſt, *nulli hominum ſuperædificandum, ſed vni & ſoli Verbo Dei adhæreſcendum, vt Euangelium dicit.* Ergo ibi ſimpliciter negat Eccleſiam vniuerſalem habere infallibilitatem; quippe quæ eſt *hominũ* cōgregatio. Ergo ſi ſecundùm Lutherũ, Eccleſia vniuerſalis errare poteſt, & ſecundùm eundẽ Lutherũ errare nō poteſt, nōne euidenter ſequitur, ſecundùm Lutherũ, illam ſimul errare poſſe, & errare nō poſſe?

Occurritur obiectioni. Nec dicas. I. ſingulos quidem de Eccleſia vniuerſali errare poſſe; omnes collectiuè non poſſe. Hoc enim reſponſum reijcitis vos Lutherani, quando id vobis dant Catholici de SS. Patribus. Ita enim ſeditioſus ille Auſtriacus prædicans, de quo in *Auctario Characterum* Lutheri, fol. 145. contra Lutheranum ſymbolum ſcribit. *Si omnes Patres ſigillatim*

gillatim errare poſſunt; ergo etiam omnes collectiuè. Quia omnes Patres collectiuè accepti non ſunt alij, quam ſinguli ſeparatim accepti. Ita fatuatur hic prædicans Igitur eodem reſponſo iam veſtram cauſam tueri non poteſtis.

Nec dicas II. Lutherum loqui de inuiſibili Eccleſia: loquitur enim de ea Eccleſia, quæ eſt *os Dei*; quæ palàm *docet*, quæ ab omnibus auditur; quæ hæreticos, qualis fuit Arrius, Neſtorius, &c. condemnat; cuius preceptis obeditur, qualis non eſt muta illa, & inuiſibilis Eccleſia, quam fingitis. *Altera one.tio refutatur.*

Patet hoc euidenter ex Concione de Venerab. Sacr. vbi diſertiſſimè dicit Lutherus: *Uniuerſali Eccleſiæ parendum, quæ iubet ad Sacramentum accedere; eò quod indubiè Deus obedientiam Eccleſiæ præſtitam non aliter acceptet, ac ſi ipſi præſtita fuiſſet; & impoſſibile ſit, vt fides Chriſtianæ Eccleſiæ* *Tom. 5. Witteb. Germ. anno 1554 f. 19. b. & fol. 14. a.*

 (ſiquis

(ſiquis in eius ſe brachia aut gremium conijciat) *aliquem ſinat perire, ſicut non ſinit perire infantem, qui merita & fide aliena baptizatur & ſalvatur.*

Tom. 2. Germ. Witteb. anno. 1551. per Georgij Ravv hæredes fol. 243. b.

Et ex litteris *ad Albertum Ducem Brandeburgicum* wider etliche Rottengeiſter / vbi ſic ſcribit. *Adhæc iſte articulus* (de præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia) *non eſt doctrina aut Traditio extra ſcripturam ab hominibus excogitata, ſed clarè in Euangelio expreſſis puris & indubitatis verbis Chriſti inſtituta, fundata, & ab initio Chriſtianæ Eccleſiæ in toto mundo vſq; in hanc horam vnanimiter credita & habita, vt teſtantur patrum tam Græcorum, quàm Latinorum libri & ſcripta, cum experientia & vſu quotidiano in hanc horam. Quod teſtimonium* TOTIVS ECCLESIÆ (*etiamſi nihil amplius haberemus* wann wir ſchon nichts mehr hetten) *debet nobis ſolum ſufficere, vt*

in

in hoc articulo permaneamus, (NB.) & inſuper nullum phantaſticum, ſeu enthuſiaſticum ſpiritum audiamus, vel toleremus. Quia periculoſum eſt, & terribile, aliquid audire, vel credere, contra vnanimem teſtificationem, fidem & doctrinam TOTIVS S. Chriſtianæ Eccleſiæ, quam ab initio, & mille quingentis iam annis in toto mundo conſentienter tenuit. Si nouus articulus eſſet, & non ab initio S. Chriſtianæ Eccleſiæ, nec apud omnes Eccleſias in tota Chriſtianitate vbiq; tam concorditer traditus, non eſſet iam periculoſum & horribile de eo dubitare, vel diſputare, num rectum ſit; nunc autem, quia ab initio quàm latè patet Chriſtianus orbis, id omnium cõſenſus tenuit, qui iam de eo dubitat, perinde facit, ac ſi non crederet Chriſtianam Eccleſiam, & damnat non ſolum totam Eccleſiam, vt hæreticam damnatam, ſed ipſum Chriſtum cum omnibus Apoſtolis & Prophetis, qui hunc articulum; Credo

Teſtimoniũ TOTIVS Eccleſiæ magni fit à Luthero.

ſanctum Eccleſiam, fundarunt & teſti-monijs corroborarunt, nempè Matth. 28 Ego vobiſcum ero, vſq; ad conſum-mationem ſaeculi. & 1. Timoth. 3. Ec-cleſia eſt Columna & firmamentum veritatis, &c. Hactenus Lutherus.

Quæro iam, cuius Eccleſiæ fides *non ſinit nos perire, ſaluatq; infantes?* Nonnè illius, quæ palam docet ac baptizat? quomodo enim poſſum habere fidem Eccleſiæ palam nihil docentis, ac incognitæ, & tamen eſſe membrum illius? & cui Eccleſiæ *parendum eſt, vt Deus eam obedien-tiam ſibi exhibitam reputet?* nonne il-li, quæ aliquid mandat? Atqui hæc non eſt inuiſibilis Eccleſia; alioquin quomodo quidquam mandaret? Qua item ratione SS. Patres teſtari potuerunt, hanc, vel illam, eſſe vna-nimem Eccleſiæ ſententiam, ab A-poſtolis huc vſque creditam, & tra-ditam, ſi Eccleſia illa inaſpectabilis fuit, & omnes latuit?

Lega-

Digitized by Google

Legamus SS. Patres, & comperiemus, eos nominibus ſuis appellare Linos, Clementes, Anacletos, Irenæos, Cyprianos, Epiſcopos Romanos, Africanos, Gallicanos, &c. comperiemus eos ſpeciatim deſignare prouincias, exprimere ipſas in oriente & occidente ciuitates; conferre regnum regno, ſæculum ſæculo, orbem orbi, & conſpirationem omnium, legitimis teſtificationibus demonſtrare. Si ergo illa Eccleſia errare non poteſt, quam tot ſæculis, vbiq; palàm, vnanimiter aliquid docuiſſe, Sancti Patres conteſtantur, Luthero aſſertore, quis dubitet, quin de viſibili vniuerſali Eccleſia hoc loco Lutherus locutus ſit?

Aſſeruit ergo Lutherus Eccleſiam vniuerſalem viſibilem omnis erroris eſſe expertem, tutiſſimòque & ſine periculo ſalutis nos illam etiam ſolam poſſe ſequi, etiamſi ſcri-

ptura careremus, vt explicatiſſima illius verba demonſtrant. Quare ſi alibi dicit vniuerſalem Eccleſiam viſibilem errare poſſe, ſibi contradixit.

Nec poſſum ſatis mirari extremam impudentiam Zeæmanni, qui in Apologetico contra Kellerum art. 15. c. 17. fol. 432. ſuper iſta clariſſima verba Lutheri ita gloſſatur. Da dann ſonderlich wol inn acht zů nemmen/daß die Wort (wann wir ſchon nichts mehr hetten) nicht dahin zuuerſtehn/als hette D. Luther ſagen wöllen/wann ſchon kein Schrifft verhanden were. Sintemal er nicht das/ſo er zuuor allbereit geſetzt/nemblich die Schrifft/ſonder allein das/was vber die Schrifft vñ langwirige erhaltung deß Abendtmals möchte fürgebracht werdẽ/ will außgeſchloſſen habẽ.

Zeæmanni falſa gloſſa.

Vaniſſima & falſiſſima hæc gloſſa eſt, vt oſtendo ex ipſo contextu Lutheri; qui, poſtquam dixiſſet

ſet *articulum* de præſentia Chriſti in Euchariſtia, *expreſſis & indubitatis* verbis *in Euangelio* contineri; addit; *eundem quoq; ab initio Eccleſiæ, vſq; in hanc horam vnanimiter creditum fuiſſe, teſtantibus id SS. Patribus*, vbi nemo non videt, eum ſine vlla ambiguitate, diſtinguere ſcripturam à teſtimonio & vnanimi conſenſu publico viſibilis Eccleſiæ. Ideò ſubijcit deinde diſertiſſimè, *Q*VOD *T*ESTIMONIVM (NB) *Eccleſiæ (etiamſi nihil amplius haberemus) debet nobis ſolùm ſufficere, vt in hoc articulo permaneamus.* id quod poſtea ijs argumentis ex ſymbolo Apoſtolico & ſcriptura probat, quæ ſolam Eccleſiam attingunt, non autem ipſam Scripturam. Quare manifeſtum eſt, Lutherum per illam particulam *S*OLVM, & parentheſin (*etiamſi nihil amplius haberemus*) excludere etiam voluiſſe ipſam ſcripturam; ſecus ac Zeamann comminiſcitur,

Euidens falſimonia Zeemanni.

Digitized by Google

ſcitur, niſi miſcere quadrata rotundis velimus, & omnem quotidianum loquendi vſum à fundamentis euertere.

Si enim tu ita loquereris Tubingæ: Hoc ſtatuit *Conſiſtorium Stutgardianum*, & approbat *vnanimis conſenſus Academiæ noſtræ Tubingenſis*. Quod Teſtimonium Academiæ Tubingenſis etiam nobis debet ſolum ſufficere, etiamſi aliud nihil haberemus, &c. Si, inquam, ita loquereris; nonne omnium iudicio excludere cenſereris, in poſteriore parte orationis, etiam *Conſiſtorium Stutgardianum*, cuius antea feceras mentionem? Præſertim ſi poſtea eas probationes ſubiungeres, quæ non niſi in Academiam Tubingenſem quadrant. Ita profectò Lutherus: qui vt huic ſuæ aſſertioni de Eccleſia pondus adderet, adducit non modo illud ſymboli Apoſtolici, *Credo ſanctam Eccleſiam*, ſed etiam illud. Matthæi

thæi 28. *Ego vobiſcum ero*, &c. & illud Pauli 1. Timoth. 3. *columna & firmamentum veritatis*, quæ planè neutiquam de ſcriptura ſunt prolata, ſed de Eccleſia.

Accedit quod Lutherus eo loco peculiare argumentũ voluerit producere contra Sacramentarios, qui verbis ſcripturę admiſſis, *Hoc eſt corpus meũ* &c. negarũt illis ſignificari realem pręſentiam corporis Chriſti. Hos igitur expugnaturus, atque ad ſenſum etiam legitimum admittendum compulſurus, nouum telum in eos contorquet, aitq; hunc ſenſum Scripturæ tot ſæculis ab Eccleſia in hanc vſque horam quotidiano vſu fuiſſe comprobatum. Si ergo iam Lutherus ſub nomine Eccleſiæ intellexiſſet quoq; ipſam ſcripturam; tunc aut idem per idem nugatoriè probaſſet, aut non efficaciore argumento probaſſet; quandoquidem veſtrâ ſententiâ Eccleſia ſcripturæ

nil

nil poteſt addere, niſi auctoritatem merè fallibilem, & obnoxiam errori: conſequens vtrumque eſt abſurdum. Quare nil ſupereſt, niſi vt dicamus, voluiſſe Lutherum hoc loco viſibilem vniuerſalem Eccleſiam etiam per ſe acceptam, ſine ſcriptura, eximiam ab omni errandi periculo, propter peculiarem aſſiſtentiā Spiritus S. pronunciare. Cum ergo alibi eandem Eccleſiam errare poſſe doceat, ſibi euidenter contradixit, & Kellero Zeæmannus iniuriam, *Lectori verò fucum feciſſe palàm conuictus eſt.*

Plures id genus contradictiones Lutheri, de grauiſſimis fidei articulis, obuiæ ſunt in libris Catholicorum, & Æthiopem lauat Zeæmānus in ſuo Apologetico, vbi conatur eū varie confictis mendacijs, & falſis coloribus vindicare. Sed fruſtra. Vnde tale argumentum formamus.

Illa Eccleſia non eſt VNA vnitate

Digitized by Google

tate fidei, cuius vera & viua membra non conſentiunt in omnibus fundamentalibus fidei articulis, Sed Lutheranæ Eccleſiæ vera & viua mēbra non conſentiunt, &c. Ergo.

Probatur minor. Lutherus fuit verum & viuum Eccleſiæ Lutheranæ membrum, vti non negant Lutherani; (quippe quem Beatum & Sanctum Virum pronunciant) & tamen is non conſenſit cum modernis Lutheranis in omnibus fundamentalibus fidei articulis.

Nam ſecum ipſe Lutherus non conſenſit. Sed ſibi ſæpiùs in fundamentalibus articulis contradixit; cuiuſmodi ſpecimē dedi de *auctoritate Eccleſiæ*. Igitur nec Lutherani cum ipſo conſentiunt: aut ſi conſentiunt, à ſeipſis quoque diſſentiunt. Vnum igitur neutiquam credunt. Ergo Vnitate fidei caret illorum Eccleſia, Ergo eſt falſa Eccleſia.

CON-

CONSIDERATIO SEPTIMA.

OBSERVAVIT, opinor, ex dictis Lector, quam pulchrè ſcilicet in Colloquio Herzbergenſi fol. 152. conſpirauerint Formulæ Bergenſis Architecti, Schmidelinus & Chemnitius, de illa propoſitione. *Filius Mariæ eſt Deus reſpectu naturæ, quæ eſt coeſſentialis Patri & Spiritui S. non reſpectu naturæ aſſumptæ*: quam Chemnitius admiſit vt *veram*, Schmidelinus verò vocat *Hæreticiſſimam*. Vt manifeſtum ſit etiam à veteribus Vbiquiſtis procul abfuiſſe fidei VNITATEM & conſenſum, in hac ipſa materia Vbiquitatis, quamuis de Concordia maximè fuerint gloriati.

Verùm

Verùm nõ tantũ de hac propoſitione diſſidium fuit inter illos, ſed & de pluribus alijs, circa articulum de Humanitate Chriſti, quemadmodũ adnotauit *Bartholomeus Zebridouius* Polonus in Dedicatoria epiſtola ad Regem Poloniæ, quæ præfixa eſt diſputationi Ioannis Buſæi aduerſùs Vbiquitarios Moguntiæ 1583. vbi ſequentia capita *Diſcordiæ* refert, in quibus Schmidelinus à Kemnitio, Kirchnero & Seelneccero diſsẽtiat.

Verba *Zebridouij* ſunt. I. *Ille* (id eſt Iacobus Andreæ, ſeu Schmidelinus) *docet, realem præſentiam corporis Christi in cœna pendere ex quæstione de omnipræſentia. Hi verò* (id eſt Chemnitius, Selneccerus, & Kirchnerus) *contendunt tantùm pendere ex institutione Chriſti.*

II. *Ille probat ex Vigilio diuinitatem fuiſſe obnoxiam paſſioni: hi conſtanter illud negant.*

III. *Ille vult omnia Diuinitatis* idio-

idiomata communicata eſſe Humanitati: Hi excipiunt infinitatem, æternitatem, & immaterialitatem.

IV. Ille ait Neſtorium nequaquam duas in Chriſto conſtituiſſe perſonas: Hi cum Formula Concordiæ confeſſionem duarum perſonarum Neſtorio tribuunt.

V. Ille mediam potentiam Chriſti vocat impiam & blaſphemam: Hi verò Chriſtianam & neceſſario admittendam.

VI. Ille intrepide aſſerit Chriſto in Aſcenſione ne quidem ad latum vnguem aut pilum recedendum fuiſſe à terra: nuſquam in Scriptura legi Corpus Chriſti à nobis receſſiſſe. Hi ingenuè fatentur viſibilem & localem Chriſti aſcenſionem fuiſſe.

VII. Ille docet Corpus Chriſti vna cum Diuinitate eſſe VBIQVE in quibuslibet creaturis: Hi verò, vt nouam de Vbiquitate ſententiam inuehant. Apologia Concordiæ cap. 9. non intelligentes.

gentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirment, has condunt propoſitiones. Chriſtus ſecundum carnem non eſt VBIQVE. Chriſtus ſecundum carnem, non eſt in lapidibus, lignis, beſtijs, pyris, pomis, braſſica, cantharis cereuiſiarijs. Eſt tantùm in cœna Dominica & Eccleſia. Adeſt etiam ſecundum carnem inimicis ſuis, ſed modo ineffabili. Eſt in omnibus Creaturis. Eſt vbicunq; Diuinitas eſt. Subſtantia tamen carnis Chriſti non eſt in omnibus Creaturis. *Quibus certè craſſiſſimis* ANTILOGIIS, *non aliud,* quàm DESPVMANT CONFVSIONES SVAS, *quod de hæreticis ſcripſit Iudas Apoſtolus.* Ita Zebridouius de Veteribus Vbiquiſtis, de quibus veriſſimè illud vſurpes: *Non eſt pax impijs.* Iſai. 48 v. 22. nec vnitas & conſenſio Doctoribus Vbiquiſtis: Falſa igitur iure dicitur illorum Eccleſia, & ab cmnib⁹ ſalutis ſuę cupidis toto pectore,

fugi-

fugienda. Plura Buſæus in capite 11. Diſputationis citatæ.

CONSIDERATIO OCTAVA.

CONATVR quidẽ Egidius Hunnius in lib. de perſona Chriſti pag. 404. 405. 406. oſtendere, Vbiquitatem & iam olim ante annũ 1530 in *medio Papatu* fuiſſe defenſam, & hodie etiam non deeſſe pontificios ac IESVITAS, qui ſuis ſcriptis manifeſtè illam propugnent. Sed conatur tantum. Re ipſa fallit. Ipſe Hunnius audiatur.

Prima Probatio Hunnij eſt, *Quia* (inquit) *doctrinam hanc de perſonali Chriſti in terris præſentia ante oblatam Confeſſionem Auguſtanam tradidit*

Digitized by Google

dit FABER STAPVLENSIS *Vir eruditiſſimus in commentarijs cap. 14. Ioan. & 1. Cor. 12. dum inquit. Vbicunq; ſanè Chriſtus eſt, incarnatus eſt. Incarnatus autem ſine corpore non eſt. Et magna eſt fides cognoſcere Chriſtum corporaliter eſſe, vbi Sacramentaliter eſt: Sed maior eſt cognoſcere eum abſolutè eſſe vbiq; corporaliter.*

Reſp. 1. Hanc Stapulenſis doctrinam mox anno 1525. palàm reprehenſam fuiſſe à Facultate Theologica Pariſienſi.

2. Natalis Beda anno proximè ſecuto in Annotationibus contra Fabrum editis ad propoſit. 114 apertè proteſtatus eſt, doctrinam iſtam Vbiquiſticam Fabri, eſſe tunc in Eccleſia NOVAM, *inauditam* & *monſtroſam. Ecce quid* (inquit) *per duo annorum luſtra Iacobus ſuper Chriſti corporis eſſendi modo ſecum adinuenit:* NOVVM OMNINO *ſanè dogma. non enim Sanctus aliquis Doctorum*

ctorum iſtud docuit, ſed erroris Spiritus, vt quod nullus vnquam verus ſapuit Theologus, damnabili ſingularitate agitatus afferret mundo, quod planè & hæreticum eſt, & blaſphemũ: quodque ridet & expuunt vel Scholæ Theologicæ TYRVNCVLI. *Nimirum non ſine myſterio permiſiſſe videtur Dominus, vt Iacobus modum hunc per non modum explicaret. Porro citra omnem modum contra omnium fidelium, & præſertim Theologorum communem, fidem hanc ſomniauit, & orbi præſumpſit offerre,* PVERILI *ſophiſmate luſus, quo ſic argumentatur. Vbique Chriſtus eſt (hoc fide pura confitemur) Chriſtus incarnatus eſt, (& hoc certa tenemus fide.) At quod inde colligit: Vbicunq; ergo Chriſtus eſt, ibi incarnatus eſt, hoc vt blaſphemum reycimus. Repueraſcat Iacobus & Logicos, quos tam diu inſtruxit, vel ſenex audiat.* Ita Natalis Beda. quibus verbis ſignificat, quæ fuerit mens

totius

totius Eccleſiæ Catholicæ de Vbiquitate, illo tempore: vt planè omnes veritatis limites impudentiſſimè tranſiliat, quiſquis hanc opinionem Vbiquiſticam Catholicis, Lutheri tempore, probatam, & acceptatam fuiſſe contendit. Eſt igitur NOVA, & *nouiter* in Germaniam à Lutheranis introducta Doctrina.

Probatio ſecunda Hunnij eſt: *Ante Comitia illa Auguſtana*, inquit, *in lucem iam prodierat Lutheri maior confeſſio de Sacramento, in qua totum illud negotiũ de omnipræſentia Chriſti prolixè per aliquot folia pertractauit; & tamẽ* NE VNICVS QVIDEM *circa ea tempora inuentus eſt ex omnibus Pontificijs, qui hãc partẽ doctrinæ Lutheri flagellandam ſuſciperet. Imò hunc librum maximopere commendarunt Papiſtæ, vt ſcribit Lutherus anno 34. in epiſtola ſua de priuata Miſſa. Quid quod Bullingerus, non poſtremus e grege Zvvinglianorum, explicans cap. 9.*

Actorum. At quod hinc, inquit, (ex apparitione Chriſti ad Paulum facta) colligunt Pontificij, ergo Corpus Chriſti eſt vbiq;, ſtultius eſt, quàm quod reſponſionem mereatur. Caluinus quoque ſuper caput 20. Ioannis refert de Papiſtis, quod immenſitatem Corporis Chriſti doceant.

Reſp. Cum Natalis Beda iam antequam Lutherus de Vbiquitate quidquam ſcriberet, flagellauerit Fabrum Stapulenſem Catholicum ob hanc doctrinam, multò magis flagellaturus fuiſſet Lutherum hæreticũ, ſi ad manus illius ſcripta Lutheri, duobus vel tribus annis pòſt edita æquè perueniſſent. Nec ſemper neceſſe eſt, vt cuiuis Nouatori noua Scripta opponantur; ſi iam ante in promptu vetera adſint, ex quibus ille confutetur. Sufficiebat in Fabro publicè refutatam eſſe hanc Doctrinam, quam Lutherus non aliunde ſuxerat, quam ex Fabro. Qui oſten-

oſtendit radicem veneno infectam eſſe, id & de ramis ac fructibus demonſtrauit. Accedit, quod Lutherus hunc errorem Vbiquitarium in iis maximè ſcriptis, quæ contra Sacramentarios prodierunt, vulgauerit. Non autem fuit tantopere curæ Catholicis, quid Lutherus cum hoſtibus Catholicorum contenderet.

At Lutheri librum commendarunt maximopere Pontificij: Crederem hoc, ſi legitimè cōprobaretur. non ſufficit Lutheri aſſertio. Mendacem fuiſſe ſæpe demonſtrauimus. Quis credat, vllum Catholicum collaudaſſe libros eius? Aut ſi laudauit quiſpiam, laudauit in eo, quod contra Sacramentarios realem præſentiam Corporis Chriſti in Euchariſtia defenderet, nō laudauit, quod Vbiquitatem aſſereret.

Scripſerint verò Bullingerus & Caluinus Pontificios docuiſſe Vbi-

quitatem. Quid tum? Hoſtes fuêre Catholicorum, de quibus & in alijs, gnauiter ſunt mentiti. Quid mirum, ſi & in hoc à veritate diſceſſerunt? Deinde ſemper reclamarũt Catholici, & ſe iſta docere palàm infitiati ſunt. Nam cum anno 1530. Zwinglius in Confeſſione ſua Cæſari Auguſtæ oblata, eundem errorem Catholicis impoſuiſſet, Ioan. Eccius ſic reſpondit. *Inſignis inſcitia coniuncta eſt malitia, quod Zvvinglius orthodoxis imponit, quod aſſerant, Humanitatem Chriſti vbiq; eſſe, ſicut & Diuinitatem: Nam hoc ſomnium eſt Zvvinglij, non alicuius catholici: eſſe enim Vbiq; per naturam, eſt proprium Dei: corpus verò Chriſti eſt in pluribus locis per voluntatem diuinam replicatiuè, qua hoc poteſt, quia non eſt impoſſibile apud Deum omne verbum.*

Et anno 1527. cum idem Catholicis obieciſſet Oecolampadius, ex Anglia in libro de verit. corp. & ſang.

& ſang. Chriſti in Eccleſ. cap. 33. Epiſcopus Roffenſis ita occurrit. *Quis dicit Corpus vbiq; eſſe? neq; enim ſequitur. Poteſt per operationem Dei, corpus aliquod vbiq; eſſe: igitur ita eſt de facto. Neq; enim Deus ad effectum producit, quidquid poteſt, &c.*

Ex his euidẽs eſt, ſemper Catholicos reclamaſſe, quoties illis attribueretur Doctrina Vbiquitatis. Nec poteſt Hunnius ſuæ orationi fidem conciliare, niſi in ipſorũ Catholicorum libris capita, paginas, verba demõſtret, quibus monſtroſam & paradoxam Vbiquitatem defendant, quod facturus eſt nunquam. Contrarium per ſingulas retrò ætates inueniemus in Catholicorum Theologorum ſcriptis, vt videre eſt apud Iodocum Clichtouæum lib. 2. de Euchar. contra Oecolampadium c. 20. Roffenſem lib. 5. de verit. Euch. c. 32. Gabriel Biel in 3. ſentt. diſt. 22. Dionyſium Richel in eand. diſt.

q. 2. Ioan. Capreol. in eand. diſt. art. 3. Marſilium Inguen 3. ſentt. q. 13. a. 2. S. Bonauenturã in eand diſt. q. 2. Durandum in eand. diſt. q. 1. S. Thomam Aq. lib. 4. contra gentiles c. 49. & diſt. 22. 3. ſentt. a. 2. Albertum Magnum ead diſt. art. 2. Alexandrum de Ales 3. p. Theol. q. 109. memb. 5. Petrum Lomb. 3. ſentt. diſt. 22. quorum omnium verba recitat Buſæus in Apologetico contra Vbiquiſtas pag. 448 & ſeqq. vbi etiam reſpondet ad loca SS. Patrum, quæ ab Hunnio falſò obijciuntur; & ſimul oſtendit Hunnium de Ieſuitis ſplendide eſſe mentitum. Hactenus de Veteri bello Vbiquiſtico, nũc ad Nouum, quod inter Sueuos, Haſſos & Saxones geritur, gradum promoueamus.

NOVI

NOVI BELLI VBIQVISTICI ORIGO ET PROGRESSVS: IN QVO NON DE IPSA VBIQVITATE, SED DE MODO, ET tempore Vbiquitatis diſceptatur inter ipſos Vbiquitarios.

CONSCRIPSERAT ante annos triginta Balthaſar Menzerus Lutheranus *Elenchum errorum Antony Sadeelis*, quem conſpectum Ægidius Hunnius præfatione ornatum, cum approbatione Theologorum Wittebergæ, excudendum curauit anno 1593. 94. & 98. Cui ſcripto ſe oppoſuit Matthias Martinius in ſchola Herbornenſi præceptor.

Ita refert Menzerus in iuſta ac neceſſaria defenſione contra Tubingẽſes à pag. 1. vſque ad 7.

Hac occaſione Menzerus, iam profeſſor Marpurgenſis, vtendum

ratus. doctrinam *de Chriſti perſona & officio* aliquantò pleniùs explicare aggreſſus eſt in Anti-Martinio ſuo, qui Francofurti anno 1604. eſt impreſſus.

Menzerus mittit ſuas diſputationes Haſenreſſero ad cenſuram: Haſenreſſer9 communicat Oſiandro & Thummio. Hi litteras ad Menzerũ ſcribunt.

Pluribus autem ſcriptis hinc inde vulgatis, etiam de diuina apud creaturas præſentia Chriſti θεανθρώπυ acriùs eſt diſputatum. In qua materia pertractanda dum impigrè laboraret Menzerus contra Martiniũ, Steinium, Crocium & Eilshemium, ſubindeque Doctori Matthiæ Haſſenreffero, in Wirtenbergia, tanquam ſingulari amico, ſuas lucubrationes mitteret ad *honorariam cenſuram*, accidit, vt Haffenrefferus eaſdem cum Luca Oſiandro & Theodoro Thummio communicaret; qui lectis ijs, litteras ad Menzerum formarunt, & ad ſubſcriptionis ſocietatem etiam Haffenrefferum inuitarunt Calend. Sept. anno 1619.

His litteris Menzerum laudant ob

ob indefeſſum ſtudium pugnandi contra hoſtes Lutheraniſmi; mirari tamen ſe aiunt, quòd in quæſtione de omnipræſentia Carnis Chriſti non ſolum à pura & ſancta Orthodoxorum doctrina, ſed & à ſuis proprijs olim editis ſcriptis recederet, quemadmodum ex comparatione tractatus contra Sadeelem & Martinium, & diſputationum de *omnipræſentia Chriſti* ſibi transmiſſarum appareat. De his ergo cum petierit Menzerus, quid iudicarent, noluiſſe ſuis ſe partibus deeſſe, quamuis melius fuiſſet, ſi ante euulgationem exquiſiuiſſet cenſuram. Percurriſſe ſe Menzeri & Feürbornij de omnipręſentia Chriſti theſes, & reperiſſe, pręter non paucas dubias & periculoſas phraſęs, quatuor potiſſimùm concluſiones, quæ nec cum ipſo Menzero, nec cum orthodoxia concordent.

1. Aſſumptionem, nimirum v-

Propoſitiones Menzerianæ, quas Wirtenbergici improbant.

nionem perſonalem, fundamentum omnipræſentiæ carnis Chriſti remotum.

2. Promiſſionem veró, fundamentum adæquatum & proximum [non modi præſentiæ, ſed ipſius] præſentiæ, quà talis eſſe.

3. Omnipræſentiã carnis Chriſti non ad exinanitionis, ſed exaltationis ſolum ſtatum pertinere.

4. Omnipræſentiam (prout infinitatis Dei immediatum conſequens, ac in Deo attributum, non abſolutum, ſed relatiuum eſt) non per adeſſentiam, ſed per operationem eſſe definiendam.

Hiſce Menzerianis pronunciatis opponunt deinde Tubingenſes totidem contrarias concluſiones in eadem Epiſtola.

Propoſitiones Wirtenbergicæ Menzerianis oppoſitæ.

1. Aſſumptionem in infinitam ὑπόστασιν τȣ͂ λόγȣ, ambarumque naturarum in infinita hac ὑποστάσει cõiunctionem intimam ac περιχώρησιν mutuam

mutuam, fundamentum omnipræſentiæ carnis Chriſti non remotum, ſed adæquatum proximum, illiusq; vnicam cauſam eſſe.

2. Promiſſionem diuinam non præſentiæ, ſed modi ſolùm præſentiæ (qui vel ſacramentalis, vel gratioſus, vel glorioſus eſt) cauſam fundamentumq; proximum eſſe.

3. Omnipræſentiam non ad ſtatum ſolum gloriæ, ſed ad infimum quoq; exinanitionis gradum pertinere, &c. carnem eſſe in Deum aſſumptam in primo ſtatim conceptionis puncto; iſtaq; aſſumptione in propriam verbi celſitudinem & ſublimitatem eſſe euectam, & communem ac eandem cum λόγῳ ὑπόστασιν, adeoque diuinitatem verbi & huius proprietates adeptam, & ſummæ gloriæ participem factam eſſe.

4. Omnipræſentiam per operationem non eſſe deſcribendam.

His litteris reſpondet Menzerus

Propoſitiones Menzerianæ, quas Wirtenbergici improbant.

nionem perſonalem, fundamentum omnipræſentiæ carnis Chriſti remotum.

2. Promiſſionem veró, fundamentum adæquatum & proximum [non modi præſentiæ, ſed ipſius] præſentiæ, quà talis eſſe.

3. Omnipræſentiā carnis Chriſti non ad exinanitionis, ſed exaltationis ſolum ſtatum pertinere.

4. Omnipræſentiam (prout infinitatis Dei immediatum conſequens, ac in Deo attributum, non abſolutum, ſed relatiuum eſt) non per adeſſentiam, ſed per operationem eſſe definiendam.

Hiſce Menzerianis pronunciatis opponunt deinde Tubingenſes totidem contrarias concluſiones in eadem Epiſtola.

Propoſitiones Wirtenbergicæ Menzerianis oppoſitæ.

1. Aſſumptionem in infinitam ὑπόστασιν τοῦ λόγου, ambarumque naturarum: in infinita hac ὑποστάσει cō-iunctionem intimam ac περιχώρησιν mutuam

mutuam, fundamentum omnipræſentiæ carnis Chriſti non remotum, ſed adæquatum proximum, illiuſq; vnicam cauſam eſſe.

2. Promiſſionem diuinam non præſentiæ, ſed modi ſolùm præſentiæ (qui vel ſacramentalis, vel gratioſus, vel glorioſus eſt) cauſam fundamentumq; proximum eſſe.

3. Omnipræſentiam non ad ſtatum ſolum gloriæ, ſed ad infimum quoq; exinanitionis gradum pertinere, &c. carnem eſſe in Deum aſſumptam in primo ſtatim conceptionis puncto; iſtaq; aſſumptione in propriam verbi celſitudinem & ſublimitatem eſſe euectam, & communem ac eandem cum λόγῳ ὑπόστασιν, adeoque diuinitatem verbi & huius proprietates adeptam, & ſummæ gloriæ participem factam eſſe.

4. Omnipræſentiam per operationem non eſſe deſcribendam.

His litteris reſpondet Menzerus

Reſpondet Menzerus ad litteras Wirtenbergicorum.

8. Octob. 1619. Salutare eſſe fraternæ correptionis officium; laudare ſe igitur Doctorum Tubingenſium ſolicitudinem; gratum quoque ſibi fore, erudiri de ijs, ſicubi erret. Deinde reſpondet ad ſingula ex quatuor obiectis capitibus; & ait ſe modeſtè ab aduerſarijs diſſentire.

Oſiander diſputationem publicam inſtituit.

Interea prædictæ litteræ Tubingenſium ad Menzerum ſcriptæ, hinc inde *per copias* volitant per Germaniam; & Tubingæ exaratur à Doctore Oſiandro diſputatio publica menſe Decembri anno 1619. *de omnipræſentia*, in qua Feürbornij (Gieſſenſis quoque Profeſſoris, & generi Menzeriani) faſciculus primus diſſertationum petitur; & publici litigij initium fit.

Habuit quoque de eodem argumento Thummius lectiones publicas, in quibus Menzerum ſub nomine *Barnabæ* traduxit.

E contrario D. Winckelmannus Gieſſen-

Gieſſenſis Profeſſor mox aliam proponit diſputationem, in qua præcipua Oſiandri argumenta, nullo expreſſo nomine, refutat. *Winckelmannus Oſiandrū tacito nomine refutat.*

Hanc tamen tacito pede præter grediens Oſiander, in lucem emittit in Nouembri anno 1620. Informationem ſuam, cum aculeata præfatione contra Menzerum.

Et vt Menzero arctiùs frenum inijceret, effecit, vt Calend. Decemb. Stutgardiæ adornarentur litteræ à Conſiſtorialibus, Eraſmo Grôninger, Tobia Lotter, & Bernardo Ludouico Loher, ad Superintendentem & Concionatorem Haſſiacum Darmſtattenſem, &c. quibus querela continebatur de nouis Menzeri & Feurbornij opinionibus. Dent igitur operam, ne Menzero ſit ampliùs integrum ſcribere *de omnipræſentia* Chriſti, interueniente etiam, ſi opus videatur, autoritate principali. *Conſiſtoriū Stutgardianū ſcribit litteras ad Haſſiacos.*

Reſpondent iſti, fuiſſe quidem ante

ante hàc aliquid controuerſiæ inter D. Winckelmannum & Menzerum, ſed omnia compoſita & ſopita eſſe; neſcire etiam ſeſe, quomodo cum Tubingenſibus orta ſit controuerſia. Rogare tamen, vt etiam Tibingenſibus modeſtia in memoriam reuocetur, de quibus iam cauſam querendi habeat Menzerus.

Qua occaſione ſcripſit quoque Stutgardiam Menzerus ad Gröningêrum præpoſitum, vt & Tubingam ad Thummium, ſignificans, niſi D. Oſiander melioribus conſilijs cedat, ſe ſuo officio in veritate defendenda non defuturum. Datæ ſunt hæ litteræ 6. Febr. 1621.

Nihil autem reſponſum à Conſiſtorio Stutgardiano fuit Darmſtattianis. Quare communi conſilio Theologi Gieſſenſes in forma Confeſſionis diſputationem conſcribũt, præcipua capita controuerſa complectentem, quam diſputationem Men-

Menzerus concinnauit, cum hac inſcriptione: *Sanæ & Orthodoxe doctrinæ de Ieſu Chriſto* θεανθρώπῳ &c. *Repetitio.* Quo menſe etiam prodijt faſciculus quartus Feurbornij.

Noua prodijt diſputatio Gieſſenſium.

Aduerſùs hæc acriter diſputant Oſiander & Thummius.

Defendit ſe rurſus Menzerus *diſputatione de quatuor controuerſis quæſtionibus* in Iulio 1621. qua non quidem exprimitur Oſiandri nomen, ſed argumenta ipſius repetuntur & examinantur, attamen quàm breuiſſimè. Cui breuitati remedium allaturus Feurbornius, pleraque alio libro, quem *Sciagraphiam* inſcripſit, pleniùs explicauit.

Hæc ita geſta eſſe affirmat Menzerus in *Neceſſaria & iuſta Defenſione*, à pag. 1. fere vſque ad pag. 46. quâ de Legatis quoque Stutgardiam à Landgrauio Haſſiæ miſſis ad pacem componendam quædam commemorat.

Cum

Cum enim Landgrauius turbas has intelligeret, miſit Legatos ad Ducem Wirtenbergicum, qui de componendis diſſidijs agerent. Hi anno 1621. 13. Sept. Stutgardiam uenerunt. Cum autem Thummius de pluribus quæſtionibus eſſe controuerſiam diceret, omnes illas in hanc vnam contraxerunt. *Num Chriſtus vt homo, vel ſecundum ſuam humanitatē in ſtatu exinanitionis, creaturis omnibus & ſingulis præſens adfuerit, & omnia in cælo & terra, etiam media morte, gubernarit.* Quem ſtatum Quæſtionis verum eſſe Theologi Wirtenbergici agnoſcentes, ſuam ſententiam expreſſerunt. *An homo Chriſtus in Deum aſſumptus in ſtatu exinanitionis, tanquam rex, præſens cuncta, licet latenter gubernarit,* Eamque conſtanter à ſe & cunctis Theologis Wirtenbergicis affirmari teſtati ſunt.

Landgrauius Darmſtattenſis Haſſiæ miſit Legatos Stutgardiam pacis cōponendæ cauſa inter Theologos.

Quid vlterius geſtum in illa Legatione

gatione Stutgardiana Menzerus hoc loco non dicit. Res ipſa tamen loquitur, & libri vtrimque ſcripti, Landgrauium Ludouicum deſideratam pacem non eſſe conſecutum. Atque ita primordia huius controſiæ deſcribit Menzerus in *Neceſſaria ac iuſta defenſione ſua.*

Iam quoque aduerſarium illius Thummium audiamus: qui in *Tapinoſigraphia* ſuæ initio originem & progreſſum huius noui belli Vbiquiſtici longè aliter narrat.

Ait Thummius Menzerũ Gieſſæ annõ 1618. circiter cũ Winckelmãno & Giſſenio, Collegis ſuis, in publica diſputatione altercari cæpiſſe, in cuius theſi 6. Chriſti θεανθρώπου ad creaturas generalem pręſentiam, in caſu recto, ſimplici affirmatione, definiebat per *actionem*, his verbis: *neceſſe eſt, vt ipſa diuina præſentia iuxta S. Litteras ſit Actio.* Hic à Winckelmanno & Giſſenio Menzerum

Thummius in Tapinoſigraphia fol. 3. & ſeqq.

Lis inter Theologos ipſos Gieſſenſes.

zerum publicè monitum, hanc eſſe periculoſam Phraſin, & ad Neſtorianiſmum, Caluinianiſmum, Photinianiſmum tendere, ac multa inde abſurda ſequi, & ipſum Menzerum antehac aliter docuiſſe.

Menzerus verò, etſi fateretur, ſe ante hac erraſſe, de iſta tamen ſententia non voluit, diſcedere. Igitur nouam hanc opinionem ſuam poſt octiduum in alia diſputatione publica denuò acriter defendit.

Hoc cognito Landgrauius Haſſiæ Ludouicus mandauit, vt vtraque pars, Menzerus videl. & Winkelmannus, Darmſtattium vocarentur, vbi res tota compoſita & ſopita fuit.

Pax componitur à Landgrauio Haſſiæ.

Quid verò Menzerus? Verba aliquantulùm paulò poſt mutat, ſententiam retinet, non apud ſe, ſed in ſingulis diſputationibus Antiſteinianis, vbi ſuam opinionem magis magiſque ſpargit, & ſtudioſis inſtillat. Quin

Quin etiã ſcribit idem Menzerus ad facultatem Tubingenſem, tranſmiſſa aliqua oratione *de Omnipræſentia* Chriſti, & nominatim litteras dirigit ad D. Hafenrefferum; ac cenſuram facultatis tertiò, aut quartò petit. Cenſet illi reſpondendum *Conſiſtorium Stutgardianum*; & litteras communi nomine ad eum ſcribit, quibus illum ab ea mente dehortatur.

Non acquieſcit Menzerus, ſed ſecũdò ac tertiò reſcribit, ſuam ſententiam repetit, defendit.

Quid Tubingenſes? Rationes in contrarium mittunt; ab euulgatione talis doctrinæ denuò, vt abſtineat, monent. Ac cum ille pergeret in cæpto, Lucas Oſiander diſputationem publicam de *Omnipræſentia* inſtituit contra Menzerum, ſuppreſſo tamen eius nomine. *Tubingenſes monent Menzerum.*

Quod vbi Menzerus videt, oretenus Gieſſæ apud Studioſos traducit

Digitized by Google

Thummius Tapinoſig. fol. 11. cit Tubingenſes. *Quid hic facêremus*, inquit Thummius? *Videbamus ſententiam nouam, ſemicaluinianam, Hoffmannianam, & Neſtorianam cũ Formula Concordiæ, communi noſtræ Confeſſionis ſymbolo, directè pugnantem. Igitur coacti contra noſtram voluntatem, rogatu ſtudioſorum, ſuaſu amicorum, hortatu Conſiſtorialium Stutgardianorum impulſi ſumus nos opponere.* Hæc ille.

Oppoſuerunt ergo duo ſcripta. 1. Oſiander *Informationem Theologicam fidelem*, &c. 2. Thummius, *Aſſertionem ſanæ & orthodoxæ Doctrinæ de ſtatu exinanitionis Christi*, &c.

Opponunt totidẽ ſcripta Gieſſenſes; Menzerus videlicet *Diſputationem de 4. quæſtionibus controuerſis*: Feurbornius Σκιαγραφίας *Theologicæ diſſertationes nouem*.

Antequam autem hæc ſcripta Gieſſenſes mitterent ad nundinas Francofurtenſes, à Landgrauio Haſſiæ im-

ſiæ impetrant legationem ad Ducem Wirtenbergicum, quæſitum I. de ſtatu controuerſiæ inter vtroſque. II. tractatum, de medijs compoſitionis. Hactenus Thummius, qui loco citato etiam de fructu huius Legationis tacet, & meritò, quia nullus fuit.

Legatio Landgrauij Haſſiæ ad Ducem Wirtenbergicum.

Ex hac vtriuſq; & Thummij & Menzeri relatione hiſtorica, Lector aliquam ſaltem de huius controuerſiæ principijs habet notitiam. Quòd ſi non omnia inter ſe aptè cohærent, cogitandum erit, hoſtes eſſe inter ſe hos prædicãtes, & tales agere hiſtoricos, quales agunt Theologos, hoc eſt diſcordes, & inter ſeſe diſſidentes.

Porrò Elector Saxoniæ, vbi cognouit has controuerſias, dedit litteras ad Landgrauium & Wirtenbergicum Ducem die 27. Septemb. 1622. quarum copias mihi à fide dignis communicatas lubet ſubnectere,

ctere verbatim, vt accepi. Ita habent.

Unſer freundliche Dienſt/ vnd was wir mehr liebs vnnd guts vermögen zuuor / Hochgeborne Fürſten / freundliche liebe Oheimen / Vetter/ Schwager/ Brüder vnd Gevattern.

Littera Electoris Saxoniæ ad Ducem Wittenbergiæ & Landgrauium Haſsiæ.

Was für differentien vnd mißhälligkaiten ſich zwiſchen Ewer L: L: Theologen zu Tübingen vnd Gieſſen erhalten / wie weit auch dieſelben oberhand genommen/ das iſt E: E: L: L: genugſam wiſſende / es bezeugens die davon gehaltenen publicæ diſputationes, vnd in Truck verfertigte / vnd nit mit wenig ſchmähungen angefüllete Schrifften.

Ob wir nun wol nit zweiflen E: E: L: L: als der wahren Chriſtlichen vnnd vnuerfälſchten Religion zugethone vnnd ſtandhaffte eyferige Fürſten / werden nichts minder als Wir ſolche

ſolche mißhälligkeiten vngern erfahren vnd darauff zeitlich gedacht haben / wie dem vnder ſo eyferigen Lutheriſchen Theologen beſorgenden R. ß zeitlich vorgebawet/das gegebene Scandalum von der Chriſtlichen Kirche/ vnnd der Studierenden Jugendt abgewendet / den Aduerſarijs Papiſtiſchen vnnd Caluiniſchen Glaubens alle vrſach vnd gelegenheit vber ſolchem vnheyl zu Jubilieren benommen / vnnd der liebe vnnd werthe Kirchenfried / neben dem Landfriden weiter möchte erhalten werden. So berichtet man vns doch beſtändigklich / daß ſolche vnnötige zwiſchen den Theologen beederſeits Vniuerſiteten erregte differentien nit abe: ſondern von Tag zu Tag zunehmen / gröſſe exacerbationes animorum verurſachen / vnd zubeſorgen / da nicht alsbald anfänglichen demſelben ſalutari & celeri remedio begegnet / ſolche der geſtalt vermehret werden dörffen / das denſelben ohne ſchaden

vnd

vnnd nachtheyl der Chriſtlichen Kirchen vnnd Gemainde abzuhelffen ſchwär fallen würde. Derenthalben wir für ein notturfft befunden / mit E: E: L: L: hierauß zu Communiciern, vnnd erſuchen dieſelben hiemit freundlich/Sie wollen dero Obrigkeitliche Autoritet interponiern, die in diſen Differentien fürgehende Diſputationes vnnd inn Truck außgehende Schrifften verbietten / vnd denſelben ſchleinig der H. Schrifft gemäß/ einen ſolchen außſchlag geben / daß beederſeits Theologen darbey acquieſciern, vnd die Chriſtliche Kirch vnd Gemain zu turbiern ſich enthalten müſſen / vns auch diſer erinderung halber nicht verdencken / dieweil wir es pro cauſa communi halten/ vnd Ewer L: L: Kirchen vnnd Schuelen bevorſtehenden ſchaden / vor vnſerer Kirchen vnnd Schulen ſchaden achten.

Wolte aber E: E: L: L: beederſeits Theologen mit deroſelben einwilligung/

gung/gefällig vnd beliebig ſein/in vnſerer Perſon/ oder vnſerer vornembſte Theologos mit dem beding zu compromittiern, daß/was wir oder ſie in ſollichen differentien decidiern, vnd der H. Schrifft gemäß vrtheylen werden/ Sie dabey ohne ainige ein: vnnd widerredt acquieſciern, vnd darwider nichts mouiern wöllen/ Seind wir vrbietig/ der Chriſtlichen Kirchen zum beſten/ vnnd zu verhütung gröſſerer ärgernuß/ es gehrn vber vns zunemmen/ vnnd auff vorgehabten reiffen Rath vnſerer fürnembſten Theologen, der differentien der geſtallt einen außſchlag zugeben/ wie wir es getrawen gegen Gott dem Allmächtigen vnd männigklichen zuuerantworten/vnnd zu erbauwung ſeiner Chriſtlichen Kirchen/ auch erhaltung Friedt vnd Ruhe/ wirdt nutzlich vnnd erſprießlich ſein. Erwarten hierüber E. L: L: ſchrifftliche antwort/ Vnnd ſein deroſelben angeneme Dienſte vnd freundſchafft

Hæc pars litterarũ Saxonicarum allegatur etiam ijſdem Verbis in Apologia Saxonica pro Deciſione Saxonica fol. 131.

 ſchafft

ſchafft zuerzaigen / williger dann willig. Datum Dreßden den 27. Septemb. Anno 1622.

Von Gottes Genaden Johann Georg Hertzog zu Sachſẽ/ꝛc. Churfürſt/ꝛc.

An Herrn Johann Friderichen Hertzogen zu Wirtenberg/ꝛc. vnd Herrn Ludwigen/ Landgraffen zu Heſſen/ꝛc.

SCRIBIT his litteris Elector Saxo, intellexiſſe ſe controuerſias inter Theologos Academiæ Gieſſenſis & Tubingenſis eſſe exortas, cum maximo ſcandalo Eccleſiæ, & ſtudioſæ iuuẽtutis, cum tripudio Caluiniſtarum, & Pontificiorum, cum exarcerbatione animorum ex vtraq; parte Euangelicorum. Ideo communi conatu, & auctoritate Magiſtratus interpoſita, huic

huic malo occurrendum; vlteriores euulgationes librorum prohibendas, & ſententiam Sacræ Scripturæ conſentaneam ferendam, cui acquieſcere vtraque pars debeat.

Quod ſi autem vtriuſque partis Theologis placeat *Compromittere* in ſuam Electoralem perſonam, & præcipuos ſuos Theologos, vt quicquid ipſi *dicunt & iudicant* ſecundùm ſcripturas, ei ſine contradictione acquieſcere velint; tunc ſe paratum eſſe, cum ſuis Theologis, ad ferendam talem ſententiam, quam coràm Deo quoq; confidat ſe defendere poſſe. Hæc Elector Saxo.

Sed nihil profecit. pergunt illi iracundis animis & calamis inter ſe digladiari: Pergit igitur Saxo ad litem *decidēdam* per Theologos ſuos, quod fecit peculiari *Tractatu* Latinâ & Germanica Linguâ. Titulus Libri eſt. *Solida, verboq; Dei, & Libro Concordiæ Christianæ congrua* DECI-

Elector Saxo vulgat libriũ, cui titulus Solida Deciſio.

SIO, *quatuor illorum inter aliquos Theologos Auguſtanæ Confeſſionis nuperrimè controuerſorum capitum principaliorum, &c. Singulari iuſſu Electorali ad notitiam omnium publici iuris facta. Lipſiæ 1624.*

In præloquio illius libri hæc verba ſub nomine Electoris leguntur: *Noſtri igitur officij, quod diuinitùs nobis iniunctum nouimus, & mandati illius, quo Christianæ Eccleſiæ cura* SVMMA *ceu nutritio fideli nobis præcipitur, &c.*

Tractantur deinde in hoc libro ſupra propoſitæ quatuor illæ quæſtiones ſigillatim; & contra Wirtenbergicos pronunciatur ſentētia pro Gieſſenſibus. *Heterodoxū* ſæpius dicitur id, quod Wirtenbergici pro orthodoxo venditarunt.

Wittenbergici opponunt alium librum, cui titulus

Viſa hac *Deciſione* valde mouentur Wirtenbergici, & *Amicam admonitionem* ſcribunt parùm amicam *ſuper Deciſione Saxonica*, anno 1624.

In qua I. laudant Electorem Saxoniæ ob Zelum; proteſtantur ſe *amica hac admonitione* Maieſtatem tanti principis non velle læſam. Nec cum toto *Electoratus* miniſterio ſe negotium gerere; cum magna illius pars hæc ſcripta nec legerit, nec *Deciſioni* interfuerit. Cum ijs tantum ſe agere, qui pauculi de hac controuerſia *Referentes* fuerint.

Amica admonitio ſuper Deciſione Saxonica.

II. Carpunt, quod illi Tractatui præmittatur nomen *Deciſionis*, cum tamen Stutgardiæ conuentum fuerit tantùm de voto *conſultiuo* interponendo, non *deciſiuo* expetendo. Saxonicos autem *Deciſores nunquam vt interponentes, ſed ſemper in negotio hoc, quaſi Pupillari vt Iudices deciſiuos & definitiuos vltro ſe obtuliſſe, ac petiſſe, vt in ipſos compromitteretur, ipſorumq; definitiua ac deciſiua ſententia ſimpliciter ſtaretur; id quod inauditum, nimis magnum poſtulatum, & contra conſcientiarum libertatem, &c.*

III. Non rectè dici à *Deciſoribus* f. 8. hanc controuerſiam eſſe *minùs neceſſariam* & *planè intempeſtiuam*; niſi quis dicere velit, eſſe bonum, *orthodoxam veritatem deſerere, & hoſtibus veritatis prodere.*

Poſthæc plura particularia adnectuntur, quæ diſpliceant in *deciſione*, & argumenta *deciſorum* refutãtur, quos etiam de plurimis erroribus in fide accuſant.

Quid hìc Saxonici? paria; imò maiora referunt. Librum magnum conſcribunt anno 1625. hoc titulo: *Neceſſaria & ineuitabilis Apologia, ſeu aſſertio deciſionis ſolidæ, &c. ſuperiore anno autoritate Ioan. Georgij Electoris Saxoniæ, editæ; & à DD. Theologis VVirtenbergicis ſub ſpecie amicæ admonitionis vehementer impugnatæ.* In hac Apologia (ſi ſummam cupis) hæc habentur.

Apologia Saxonicorum contra Amicam Admonitionem Wirtenbergenſium.

In præfatione ad Lectorem dicitur I. *Cum controuerſia hæc ſit de genuino*

nuino ſenſu Sancti libri Concordiæ in præcipuis quibusdam fidei capitibus, iure quodam ſuo, ſereniſſimi Saxoniæ Electoris, vtpote VNICI *inter S. R. Imperij Septemuiros verè Euangelicæ doctrinæ addicti, & Eccleſiæ Lutheranæ poſt Deum Patroni Opt: Max. ſolicitudinem exquiſitam poſtulaſſe, vt hæc Apologia conſcriberetur.*

II. Nulla alia ratione aut conſuli ſcholis & Eccleſijs Saxonicis, aut deſiderijs aliorum ſatisfieri potuiſſe, niſi per huiuſmodi *Deciſionē.*

III. Non nouum eſſe Theologos *decidere* controuerſias, quod factum ſit in veteri quoque Eccleſia, & in ipſo Libro Concordiæ, vbi iterum iterumq; dicatur, vt *hæ controuerſiæ ſolidè & dexterè explicentur & decidantur.* pag. 589. pag. 606. pag. 656. Idem ergo iam fieri potuiſſe à Saxonicis, Matthia Hoë, Strauchio, Leyſero, Meiſnero, Balduino aliiſque clariſſimis viris; applaudenti- *Decidere controuerſias non eſſe* NOVVM *Lutheranis, aiunt Saxonici.*

bus etiam exteris Doctoribus, D. Chriſtiano Matthia in Dania, Facultate Theologica Regiomontana in Boruſſia, Theologis Ienenſibus, Miniſterio Saxo-coburgico, & Lubeccenſi, Academia Argentinenſi, Gieſſenſi, & Gryphiswaldenſi, quorum teſtimonia recenſentur in Apologia. Atque hæc præfatio.

Amica Admonitio fuit Amica, ſicut oſculum Iudæ.

Iam in Corpore Apologiæ principio examinatur titulus *Amicæ admonitionis*, prooœmiũ & proteſtatio. Aiunt Apologiſtæ Saxones, *luce meridiana clarius eſſe, quòd VVirtenbergicorum admonitio non ſit amica, ſed hoſtilis & inimica; hos enim dicere, quod Saxones Libro concordiæ publico ſcripto repugnent, quod contra propria priuatim & publicè ſcripta antehac edita Gieſſenſibus ſuffragentur; quod à clariſſimo Dei verbo, à formula Concordiæ, à pia antiquitate, Luthero, Brencio, ſymbolicis confeſſionibus recedant, &c.* quod Neſtorianiſmum

Calui-

Caluiniano more deſcripſerint; quod communicationem quandam fictitiam atq; Caluinianam naturæ ad perſonam docuerint, quod ipſam perſonam Chriſti more & modo Neſtoriano diuiſerint; hoc perinde eſſe, ac ſi extremæ impietatis, temerariæ leuitatis, perfidiæ & periurij, ſtupiditatis & arrogantiæ, imò damnatiſſimanum hæreſeon ipſos publicè REOS *proclamarent.*

Et pag. 41. aiunt: *Quod Domini admonitores teterrimarum & damnatiſſimarum hæreſeon, Neſtorianiſmi inprimis & Caluiniſmi nos inſimularint, ipſimet non diffitebuntur.*

In his autem ſingulis proteſtantur Saxones, ſibi iniuriam fieri; deinde accuſant Wirtenbergicos viciſſim de violatione manifeſta & inexcuſabili verborum Sereniſſimi Electoris Saxoniæ.

Errores quoque grauiſſimos de ſummis fidei Chriſtianæ articulis, & contradictiones ijſdem Wirten-

bergicis obiectant, vt quod affirment.

Chriſtum ſecundum vtramq; naturam ſe exinaniuiſſe, & ipſam diuinitatem paſſam eſſe. f. 630. 691. 692.

Vide Apologiam Saxonum pro Deciſione paginis hîc citatis.

Chriſtum in ipſa morte cælum & terram etiam ſecundùm humanã naturam omnipotenter rexiſſe. f. 640.

Chriſtum in ſtatu exinanitionis ſecundum carnem, tantum occultaſſe gloriam coram hominibus, nec illam videri, aut palpari permiſiſſe; interim eam gloriã in vniuerſali regimine realiter & inceſſanter vſurpaſſe. fol. 701.

Errores & contradictiones obÿciuntur Wirtenbergicis.

Totum Chriſtum in ſtatu humiliationis nihil ſecũdum diuinitatem ſuam egiſſe, quod non ſimul ſecundum humanitatem ab ipſo factum ſit. fol. 702.

Chriſtum in profundiſſima etiam humiliatione & exinanitione, ſecundum carnem nihilominus plenariam gubernationem & vſurpationem Maieſtatis ac gloriæ ſuæ vndiquaq; retinuiſſe. f. 603. Chri-

Chriſtum tantum coram hominibus ſe exinaniuiſſe, non autem reuera coram Deo, ſaltem ſecundum aliquas partes f. 706.

Diſtinctionem nouam & ignotam eſſe orthodoxæ Eccleſiæ, inter Maieſtatis vſurpationem, & inter maieſtaticè glorioſam vſurpationem. f. 116.

Multa præterea aiunt negari à Wirtenbergicis, quæ antehac vel implicitè & per ineuitabilem conſequentiam, vel explicitè affirmarunt f. 424.

Ex Wirtenbergicorum theſi plurima abſurda ſequi, & in eis deliteſcere f. 439.

Abſurda autem illa referuntur f. 437. & ſeq. his verbis. *Manifeſtum eſt* (inquiunt) *cum doceiur* (à Wirtenbergicis) *Chriſtum hominem vel ſecundum humanitatem ſuam à primo Conceptionis momento, etiam in ſtatu humiliationis, imò in media mor-*

te, ſemper & inceſſanter cœlum & terram omneſque creaturas, vt regem gubernaſſe & potenter quidem, occulte tamen dominatum eſſe; ἐξ ἀνάγκης ſequi; & ſimul neceſſariò aſſeri, quod aſſumptio humanitatis in perſonam filij Dei ſit propriiſſimo loq. modo ipſa conſummata exaltatio Chriſti ſecundùm carnem & quidem ea ipſa ὑπερύψωσις, de qua B. Paulus loquitur Philip. 2.

Sequitur & hoc, Chriſtum à primo Conceptionis momento in cælum aſcendiſſe, & ilicò ad dexteram patris ſui cæleſtis ſediſſe,

Affirmandum & hoc eſt neceſſariò, non vſurpaſſe Chriſtum Maieſtatem ſuam ſecundùm carnem in ſtatu humiliationis, quando & quomodo voluerit. Sed ſemper & inceſſāter, aliquādo tamen apertè, aliquando occultè.

Præterea dicendum foret, quod Chriſtus vſu acceptæ Maieſtatis in ſtatu exinanitionis ſe non abdicarit.

Facilè inſuper quis eò delaberetur, vt

vt aſſereret (NB.) carnem Deo eſſe æqualem, & vnum cum Deo, & quæ ſimilia ſunt alia. Cum verò effata hæc ſaniori doctrinæ, & libro Chriſtianæ Concordiæ ſymbolico minimè congruant, nos omninò decet, nouas opiniones fugere, & iuxta ductum verbi diuini, noſtrorumq́ symbolorum, de controuerſia mota diſſerere & docere.

Sed innunt quoque pag. 651. Apologiſtæ Saxonici Wirtenbergicos *ex Chriſti exinanitione facere* SIMVLATIONEM *I. Quia nonnemo illorum in Conſideratione* Theologica pag. 146. *diſerte Chriſtum aſſimulat Bruto Romanorum nobiliſſimo, qui ingenium & magnitudinem animi, ſub Tarquinio ſuperbo* DISSIMVLAVIT, *ſeq́ ignauum &* STOLIDVM FINXIT: *Deinde ille idem Chriſtum Dauidi comparat, qui ſe* INSANVM *ſimulauit apud Regem Philiſtæorum pag. 147. Nos* (inquiunt Saxonici in Apologia fol. 652.) *certè*

Melchior Nicolai facit ſimulationem *ex Chriſti inanitione, iudicio Saxonicorum.*

certè vix ſine horrore & concuſſione mentis legiſſe iſta ingenuè confitemur. Hæc illi.

Si autem Chriſti exinanitio fuit mera *ſimulatio*, quid ſequitur, niſi Chriſtum ſecundùm VVirtenbergicos non verè, ſed tantummodo *ſimulatè* paſſum, crucifixum, mortuum? qui fuit error dudum damnati Marcionis.

Chriſtus ſecũdùm Wirtenbergicos num verè paſſus?

Id quod notauit quoque Menzerus in fideli admonitione de Conſideratione Melch. Nicolai theſi 167. vbi ait: *Neq; vel Bruti exemplum pag. 147. vel Dauidis inſaniam ſimulantis pag. 147. huc quadrat, niſi quis exinationem pro ſimulatione interpretari velit, & Marcioni adblandiri.*

Quid multa? *Eò Domini Tubingenſes progreſſi ſunt* (inquiunt Saxonici in Apologia fol. 809.) *vt carnem Chriſti mortuam ſimul & viuam fuiſſe, inq; ſepulchro iacentem, nihil-*

hilominus occultè cælũ & terrã rexiſſe affirmarint, & quæ ſimilia ſunt plura.

Quod Wirtenbergicis quoque exprobrat Menzerus in *Neceſſaria & iuſta defenſione* fol. 102. dicens: *Quomodo* (Chriſtus) *iuxta carnem mortuus ſimul & viuus eodem tempore dici poſſit, ſcripturis ignotum eſt.* Et paulò poſt. *Falſum dicit, quisquis ullo modo negat, animam Chriſti in morte à corpore fuiſſe verè ſeparatam vſq; ad tempus reſurrectionis.* Hanc autem aſſertionem Wirtenbergicis tribuit tota illa hypotheſi ſeptima à fol. 94. vſque ad 106.

Idem Menzerus in *fideli admonitione* de conſiderat. Melch. Nicolai theſi 101. f. 298. ait: *Atrox contumelia* (à Wirtenbergicis) *appellatur theſi 22. pag. 66. quod Marcioni dixerim non ingratam fore doctrinam de occulta vſurpatione diuinæ Maieſt. in exinanitione ſub pallio formæ ſeruilis; & quod Exaltatio ſit tantum decla-*

clara-

claratio & manifeſtatio. Et prolixa texitur hiſtoria de Marcione. Sed non opus copioſo ſermone. poſſunt tria verba ſufficere veritati.

Menzerus Wirtenbergicos Marcioniſmi inſimulat.

Negare veritatem paſſionis & mortis Chriſti Marcioniticum eſt.

Qui contendit humanitatem Chriſti ſemper & Vbiq; etiam in media morte indiſtanter omnibus & ſingulis creaturis præſentem adfuiſſe, & ſine interruptione omnia gubernaſſe in cælo & in terra; & corpus iacēs in ſepulchro, adfuiſſe animæ in paradiſo; & animam in paradiſo exiſtentem adfuiſſe corpori in ſepulchro: Is negat veritatem paſſionis & mortis Chriſti.

Si Chriſtus verè mortuus non eſt, quid eſt fides noſtra?

Ergo id Marcionicum eſt.

Aſſumptio probatur. Quia quæ natura gubernat omnia, ea dum omnia gubernat, non poteſt ab vlla re pati. multoq;

multoq; minus occidi. Quod tam verum eſt, vt voſmetipſi (VVirtenbergici) fateamini retractionem diuinæ potentiæ in officio ſacerdotali.

Nec obſtat diſtinctio inter vſurpationem omnipotentiæ occultam & manifeſtam. Nam etiam qui occultè regnat, eo ipſo dum regnat, viuit. Chriſtus autem fuit in cruce mortuus, ſine diſcrimine mortis occultæ vel manifeſtæ. Ideo Irenæus dicit, λόγον quieuiſſe in carne, vt poſſet pati & mori, &c. Hæc omnia Menzerus.

Idem pag. 299. theſi 102. *Egone credam* (inquit) *eam naturam verè proiectam in exilium, quæ eo ipſo tempore dominata fuit in cælo & in terra? fame & ſiti afflictam, quæ vſa fuit abũdantia rerum omnium, tametſi occultè & latenter? & vulneratam & mortuam, quæ in omnibus ſuis hoſtibus omnipotenter imperauit & dominata eſt? Vbi paupertas Chriſti? vbi afflictio? vbi paſſio? ſi vſurpauit humanitas*

nitas diuinam maieſtatem vniuerſaliter in gubernatione mundi?

Theſi 103. *Qui ſtatuit ipſam Chriſti humanitatem in Exinanitione omnia gubernaſſe (vt faciunt VVirtenbergici) non poteſt affirmare ipſam verè paſſam & mortuam fuiſſe.*

Hactenus Saxonici & Haſſiaci.

Sed receptui canamus, & nouum hoc Bellum Vbiquiſticum finiamus, quamuis à prædicantibus non dum finitum.

CONSIDERATIO I. DE NOVO BELLO VBIquiſtico.

DOCET te, mi Lector, euidenter hoc nouum Vbiquiſticum Bellum, etiam hoc tempore nullam reperiri in Lutherana

therana Eccleſia fidei Concordiam & VNITATEM, & ipſo inani inaniorem eſſe iactantiam Tubingenſis illius Doctoris, qui in *Diſſertatione de Eccleſia* fol. 12. vaniſſimè exclamauit; *Concordiã nõ ſperamus, ſed poſſidemus*. Si enim hoc eſt *Concordiam poſſidere*, nihil vetat, quò minùs Lutheranos cum Caluiniſtis & Photinianis quoque concordes eſſe aſſeramus?

Neque hîc I. ſe tueri poſſunt Aduerſarij illo ſuo vulgari reſponſo; quo dictitant, etiam Apoſtolorum tempore in Eccleſia fuiſſe ortas fidei controuerſias. Apoſtoli enim, & quicunque *vera membra* Eccleſiæ fuerunt, in *fundamento fidei* neutiquam diſſenſerunt, ſed vniformem, quoad eſſentialia, doctrinam tenuerunt.

Surrexere quidem viri mendaces, & pſeudoapoſtoli, Simones, Marciones, Ebiones & alij hæretici,

aliena

aliena à fidei fundamento diſſeminantes. Sed nihil id obfuit Eccleſiæ Vnitati. Tales quippe deſierunt eſſe *membra vera* Eccleſiæ, adeoque ex Eccleſia EXIERVNT, quamprimùm pertinaciter à fide Eccleſiæ diſceſſerunt quemadmodum fatetur Melchior Nicolai in Symbolo Lutherano Vindicato fol. 468. & 476. & Landolphus Francus in reſponſo ad Symbol. Lutheran. f. 196.

Cum ergo Saxonici, Haſſiaci & VVirtenbergici diuerſa in fidei *fundamento* ſentiant, & tradant, vt manifeſtum eſt ex Nouo iſto bello Vbiquiſtico *de Christo*; qui eſt fundamentum Apoſtolorum & prophetarum; non poſſunt eſſe vera VNIVS Eccleſiæ membra; ſed neceſſarium omnino eſt, ſi non omnes, certè aliquos ex illis deteſtandos hæreticos eſſe, ſicut fuit Marcion, Ebion, Simon Magus & alij.

Et

Et vera eſſe, quæ dixi, affirmant ipſi Lutherani. Nam Wirtenbergici vocant Saxones & Haſſos Hæreticos, & quidem Neſtorianos ac Photinianos. viciſſim Saxones & Haſſi Marcioniſtas indigitant Wirtenbergicos; idq; ob diuerſum *modum Vbiquitatis*, quem alteri & alteri defendunt. Sunt alij in Saxonia inferiore & Dania Lutherani, qui ex veteri bello Vbiquiſtico ſuperſtites, penitus Vbiquitatē negant, & tam Wirtenbergicos, quam Saxonicos & Haſſiacos Vbiquiſtas Eutychiani erroris grauiſſimè damnant.

Talis eſt Keplerus præſtans Mathematicus.

Hinc tres iam Lutheranorum ſectæ exiſtunt, quarum vnaquæq́ue à duabus, ſententiâ condemnatoriâ inter hæreticos numeratur; adeoq́; ipſorummet Lutheranorū iudicio nulli ampliùs ſuperſūt *γνησίως* & *puri* Lutherani.

Neq; 2. dicere poſſunt controuerſiam hanc non eſſe de cardine

Reli-

Bellum nouum Vbiquiſticum non eſt de Lana caprina, ſed de maximis fidei capitibus, vt ipſi fatentur Aduerſarij.

Religionis, aut fidei fundamento. Fatentur enim ipſimet. I. *eſſe rem magnam*, vt loquitur Menzerus in Actis Menzerianis fol. 91. II. Eſſe diſputationem *de ſenſu genuino Libri Concordiæ, in* PRÆCIPVIS *quibusdam fidei Chriſtianæ Capitibus*, vt aiunt Wirtenbergici in præfat. ad Acta Menzeriana. III. Eſſe controuerſiam de *Neſtorianiſmo, Photinianiſmo*, & *Marcioniſmo*, peſtilentiſſimis & damnatiſſimis hæreſibus, quarum ſeſe mutuò, vt audiuimus, accuſant. IV. Eſſe diſſidium *de ſublimibus & diuinis myſterijs*, inn hohen vnd Göttlichen Geheimnuſſen/ vt confitetur Landgrauius Darmſtattenſis in litteris ad VVirtenbergicos 4. Octob. 1621. datis, quas recitat præfatio ad Acta Menzeriana. V. Eſſe diſcordiam *circa Fundamentum æternæ ſalutis*, teſte Feurbornio in Sciagraphia, quem citant VVirtenbergici in eadem præfatione.

VI. Eſſe

VI. Eſſe litem de articulo alicuius, ἀῤῥήτου καὶ ὁμολογουμένως μεγάλου myſterij *inexplicabilis & perſpicuè magni myſterij; Cuius fines & terminos, qui cæcæ rationis decempeda metiuntur, fieri non poſſit, quin in plurimorum & horribilium errorum breuia & Syrtes incidant, ac fidei ſaluificæ vitæq́ æternæ iacturam irreparabilem faciant*, vt Thummius loquitur in Tapinoſigraphiæ Dedicatoria Epiſtola. VII. Eſſe diſputationem de Chriſti Seruatoris noſtri *perſona, officio, gloria, & Maieſtate* eodem Thummio teſte ibid. VIII. Eſſe quæſtionem vtrum Chriſtus *verè*, an tantùm *ſimulatè* pro nobis *paſſus ac mortuus* fuerit? vti teſtantur Saxonici in Apologia f. 809. & alibi ſæpiùs. De his, inquam, *ſummis, maximis, fundamentalibus* fidei articulis eſt contrauerſia, à quibus dependet æternùm viuere, vel perire. An non hîc oculos aperire debent Lutherani; &,

ni; &, quid credant, circumſpicere?

CONSIDERATIO II.

SI modum procedendi inſpiciamus, quem tenuerunt Saxonici in hoc negotio; deprehendemus, illorum exemplo, egregiè confirmari doctrinam Catholicorum, qua dicunt.

Ad controuerſias fidei componendas, Vnitatemque Eccleſiæ conſeruandam, non ſolùm vtile, ſed etiam neceſſarium eſſe, vt præter Sacram Scripturam, quoq; habeamus viuum, & loquentem IVDICEM, qui ſententiam ferat, litem decidat, & quinam ipſius ſcripturæ legitimus ſenſus ſit, definiat ac declaret.

Hoc ipſum ſanè fatentur Saxonici

nici in præfatione Apologiæ, dum aiunt: *Nulla alia ratione aut conſuli Scholis & Eccleſijs Saxonicis, aut aliorum deſiderijs ſatisfieri potuiſſe, niſi per huiusmodi* DECISIONEM. Et hoc eſt, quod Deuteronomij 17. n. 8. legitur. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: Venieſq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē, qui fuerit illo tempore, quæreſq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies, quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te, iuxta legem eius, ſequêriſq; ſententiam eorum, &c. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto Iudicis morietur homo ille, &c.*

Ex quo conſequitur, Saxonicos quoq; hac *Deciſione* ſua, fundamentum præcipuum fidei Lutheranæ euertere. Cum enim aliàs doceant, nullum eſſe agnoſcendum *controuerſiarum Iudicem*, niſi Vnicam & ſolam ſacram ſcripturam, cui partes debeant acquieſcere; minimè conſequenter agunt, quando ſibi *Iudicis* partes aſſumunt, & in hac lite de articulis ſummis fidei, ipſimet IVS DECIDENDI, Definiendi, & ſententiam ferendi, cui refragari nemo queat, ſibi arrogant & vſurpant.

Vide Colloquium Ratisbonenſe ferè per omnes Seßiones.

Quod, poſitis Lutheranis principijs, meritiſſimò Wirtenbergici, reprehendunt, tanquam non conſentaneum reliquæ doctrinæ Lutheranæ. Hinc ijdem VVirtenbergici in *Amica admonitione* pag. 11. ſe Stutgardiæ in Votum *Conſultiuum Dreſdenſe & Durlacenſe conſenſiſſe* aiunt, non autem *in Votum Deciſiuum, & abſolute Definitiuum*.

Et

Et pag. 13. addunt, poſtulatum, Saxonicorum de Deciſiua ſententia, eſſe *contra conſcientiarum, quam in Chriſto habeant, libertatem. Pontificios enim olim ante 100. annos in comitijs VVormatienſibus etiam à Luthero poſtulaſſe, vt Cæſari & Ordinibus ſeu Statibus Imperij iudicium de ſua doctrina pure & abſque conditione permitteret, Verum ſimpliciter id recuſaſſe Lutherum, ac petijſſe, vt ſibi liceat ſaluam tueri conſcientiam. homines eſſe (ſenſit ſcripturæ) mendaces, quorum proprium errare & falli. Se proinde non poſſe doctrinam ſuam, quam è Scripturis diuinis didicerit, ne quidem totius Rom. Imperij cognitioni & iudicio definitiuo & deciſiuo ſimpliciter abſq; conditione ſubijcere,* &c. Hæc VVirtenbergici. Vnde perſpicuum fit, Saxonicos minimè cõſentaneè ſuis Principijs egiſſe, & ipſo facto Catholicorum doctrinam de Controuerſiarum Iudice comprobâſſe.

Wirtenbergici ex Lutheranis principijs reprehendunt Saxonicos.

Digitized by Google

CONSIDERATIO III.

EX hac Lutheranorum altercatione euidenter quoque redarguuntur falſitatis prædicantes Lutherani, qui dicunt Scripturam S. in omnibus neceſſarijs fidei articulis eſſe cuiuis obuiam, apertiſſimam, clariſſimam, &, vt Hunnius loquitur, *quaſi ſolaribus radijs ſcriptam.*

Hinc ſequitur Scripturam non eſſe ita claram; & prædicantes mentiri.

Si enim ita eſt, cur illi tam fæde ſeſe inuicem dilacerant & diſcerpunt? Cur de Paſſione, Morte, Deſcenſu ad inferos, Reſurrectione & Aſcenſione Chriſti Redemptoris noſtri, tam diſſentientes opiniones in Imperio R. ſpargunt? ſcripturaſq; tam contrarijs modis interpretãtur? Cur contra hanc lucem pugnant? Cur non ex clariſſimis Scripturis partem

partem errantem manifeſtè conuincunt?

Annon rectè ſic apud nos ratiocinabimur? Aut prædicantes Lutherani omnes ſunt Ægyptiâ cæcitare percuſſi, qui ad tam ſplendidum Solem Scripturæ caligant: aut extremè malitioſi, qui tam candidæ veritati ſuas nebulas offundunt, & tot victimas Orco demittunt. Vtrumque abſurdum. Quis enim huiuſmodi Paſtoribus ſuæ animæ ſalutem committat? Quis eis fidem in reliquis ſcripturæ interpretationibus habeat?

Magnum diſcrimen eſt inter Tartara & Sidera. Aut hîc æternum beandi, aut illi æternum cruciandi ſumus. Et adhuc cæcos Duces ſequemur, aut malignos? O felix illa, ô metuenda iſta æternitas! ô æterna vtraq; ÆTERNITAS?

***

K 3 CON-

CONSIDERA-TIO IV.

HINC copioſiſſimis lachrimis deplorandi ſunt optimi *Principes* & *Status* Lutherani, cũ tot millibus ſubditorũ, qui tam miſerabiliter & flagitioſè ab iſtis circumducuntur, & eo tandem deducuntur, vt quid de Chriſto humani generis Saluatore credere debeant, planè ignorent. Et tamen non Chriſtiani tantùm, ſed etiam γνησίως Lutherani & verè Orthodoxi audire volunt. Quid enim faciet illiteratus quiſpiam in tantis diſſenſionibus? Vtri parti ſe adiunget? quam ſententiam amplexabitur?

Saxonici & Haſſiaci dicunt *Chriſtum ſecundum carnem in Statu*

exinanitionis gratioſè quidem adfuiſſe credentibus &c. verum iuxta eandem Humanitatem tunc temporis totum hoc Vniuerſum inceſſanter NON GVBERNASSE, *nec omnia idiomata* ἐνεϱγητικὰ *ſemper inceſſanter vſurpaſſe.* *Apologia Saxonica fol. 439.*

E contrario docent VVirtenbergici, Chriſtum, etiam tempore exinanitionis, & in ſtatu Humilitatis ſuæ à primo puncto Conceptionis, ſecundum Humanitatem ſuam, omnibus Creaturis præſentem adfuiſſe, omniaque quamuis *latenter gubernaſſe.* Quomodo iam ſe expediet plebeius ex hoc Labyrintho? Quid in iſtis altiſſimis & ſubtiliſſimis rebus credet? vbi eſt Nota veræ Eccleſiæ, quam iactatis puram Verbi prædicationem?

Si adhæreas Saxonicis, inſtant VVirtenbergici, & dicunt, te Neſtorianum, Photinianum, Caluinianum errorem ſequi, quo duæ Perſonæ in

Bellum nouum Vbiquiſticum non eſt de Lana caprina, ſed de maximis fidei capitibus, vt ipſi fatentur Aduerſarij.

Religionis, aut fidei fundamento. Fatentur enim ipſimet. I. *eſſe rem magnam*, vt loquitur Menzerus in Actis Menzerianis fol. 91. II. Eſſe diſputationem *de ſenſu genuino Libri Concordiæ, in* PRÆCIPVIS *quibusdam fidei Chriſtianæ Capitibus*, vt aiunt Wirtenbergici in præfat. ad Acta Menzeriana. III. Eſſe controuerſiam de *Neſtorianiſmo*, *Photinianiſmo*, & *Marcioniſmo*, peſtilentiſſimis & damnatiſſimis hæreſibus, quarum ſeſe mutuò, vt audiuimus, accuſant. IV. Eſſe diſſidium *de ſublimibus & diuinis myſterijs*, inn hohen vnd Göttlichen Geheimnuſſen/ vt confitetur Landgrauius Darmſtattenſis in litteris ad VVirtenbergicos 4. Octob. 1621. datis, quas recitat præfatio ad Acta Menzeriana. V. Eſſe diſcordiam *circa Fundamentum æternæ ſalutis*, teſte Feurbornio in Sciagraphia, quem citant VVirtenbergici in eadem præfatione.

VI. Eſſe

VI. Eſſe litem de articulo alicuius, *ἀῤῥήτου καὶ ὁμολογουμένως μεγάλου* myſterij *inexplicabilis & perſpicuè magni myſtery; Cuius fines & terminos, qui cæcæ rationis decempeda metiuntur, fieri non poſſit, quin in plurimorum & horribilium errorum breuia & Syrtes incidant, ac fidei ſaluificæ vitæq; æternæ iacturam irreparabilem faciant*, vt Thummius loquitur in Tapinoſigraphiæ Dedicatoria Epiſtola. VII. Eſſe diſputationem de Chriſti Seruatoris noſtri *perſona, officio, gloria, & Maieſtate* eodem Thummio teſte ibid. VIII. Eſſe quæſtionem vtrum Chriſtus *verè*, an tantùm *ſimulatè* pro nobis *paſſus ac mortuus* fuerit? vti teſtantur Saxonici in Apologia f. 809. & alibi ſæpiùs. De his, inquam, *ſummis, maximis, fundamentalibus* fidei articulis eſt contrauerſia, à quibus dependet æternùm viuere, vel perire. An non hîc oculos aperire debent Lutherani; &,

ni; &, quid credant, circumſpicere?

CONSIDERATIO II.

SI modum procedendi inſpiciamus, quem tenuerunt Saxonici in hoc negotio; deprehendemus, illorum exemplo, egregiè confirmari doctrinam Catholicorum, qua dicunt.

Ad controuerſias fidei componendas, Vnitatemque Eccleſiæ conſeruandam, non ſolùm vtile, ſed etiam neceſſarium eſſe, vt præter Sacram Scripturam, quoq; habeamus viuum, & loquentem IVDICEM, qui ſententiam ferat, litem decidat, & quinam ipſius ſcripturæ legitimus ſenſus ſit, definiat ac declaret.

Hoc ipſum ſanè fatentur Saxonici

nici in præfatione Apologiæ, dum aiunt: *Nulla alia ratione aut conſuli Scholis & Eccleſijs Saxonicis, aut aliorum deſiderijs ſatisfieri potuiſſe, niſi per huiusmodi* DECISIONEM. Et hoc eſt, quod Deuteronomij 17. n. 8. legitur. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris, inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari, ſurge & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus: Venieſq; ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē, qui fuerit illo tempore, quæreſq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies, quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te, iuxta legem eius, ſequêriſq; ſententiam eorum, &c. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis Imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto Iudicis morietur homo ille, &c.*

Ex quo conſequitur, Saxonicos quoq; hac *Deciſione* ſua, fundamentum præcipuum fidei Lutheranæ euertere. Cum enim aliàs doceant, nullum eſſe agnoſcendum *controuerſiarum Iudicem*, niſi Vnicam & ſolam ſacram ſcripturam, cui partes debeant acquieſcere; minimè conſequenter agunt, quando ſibi *Iudicis* partes aſſumunt, & in hac lite de articulis ſummis fidei, ipſimet *Ius* *Decidendi*, Definiendi, & ſententiam ferendi, cui refragari nemo queat, ſibi arrogant & vſurpant.

Vide Colloquium Ratisbonenſe ferè per omnes Seſſiones.

Quod, poſitis Lutheranis principijs, meritiſſimò Wirtenbergici, reprehendunt, tanquam non conſentaneum reliquæ doctrinæ Lutheranæ. Hinc ijdem VVirtenbergici in *Amica admonitione* pag. 11. ſe Stutgardiæ in Votum *Conſultiuum Dreſdenſe & Durlacenſe conſenſiſſe* aiunt, non autem *in Votum Deciſiuum, & abſolute Definitiuum.*

Et

Et pag. 13. addunt, poſtulatum, Saxonicorum de Deciſiua ſententia, eſſe *contra conſcientiarum, quam in Chriſto habeant, libertatem. Pontificios enim olim ante 100. annos in comitijs VVormatienſibus etiam à Luthero poſtulaſſe, vt Cæſari & Ordinibus ſeu Statibus Imperij iudicium de ſua doctrina pure & abſque conditione permitteret, Verum ſimpliciter id recuſaſſe Lutherum, ac petijſſe, vt ſibi liceat ſaluam tueri conſcientiam. homines eſſe (ſenſu ſcripturæ,) mendaces, quorum proprium errare & falli. Se proinde non poſſe doctrinam ſuam, quam è Scripturis diuinis didicerit, ne quidem totius Rom. Imperij cognitioni & iudicio definitiuo & deciſiuo ſimpliciter abſq; conditione ſubijcere,* &c. Hæc VVirtenbergici. Vnde perſpicuum fit, Saxonicos minimè cōſentaneè ſuis Principijs egiſſe, & ipſo facto Catholicorum doctrinam de Controuerſiarum Iudice comprobâſſe.

Wirtenbergici ex Lutheranis principijs reprehendunt Saxonicos.

CONSIDERATIO III.

EX hac Lutheranorum altercatione euidenter quoque redarguuntur falſitatis prædicantes Lutherani, qui dicunt Scripturam S. in omnibus neceſſarijs fidei articulis eſſe cuiuis obuiam, apertiſſimam, clariſſimam, &, vt Hunnius loquitur, *quaſi ſolaribus radijs ſcriptam.*

Hinc ſequitur Scripturam non eſſe ita claram; vt prædicantes iactant.

Si enim ita eſt, cur illi tam fœde ſeſe inuicem dilacerant & diſcerpunt? Cur de Paſſione, Morte, Deſcenſu ad inferos, Reſurrectione & Aſcenſione Chriſti Redemptoris noſtri, tam diſſentientes opiniones in Imperio R. ſpargunt? ſcripturaſq; tam contrarijs modis interpretãtur? Cur contra hanc lucem pugnant? Cur non ex clariſſimis Scripturis

partem

Digitized by Google

partem errantem manifeſtè conuincunt?

Annon rectè ſic apud nos ratiocinabimur? Aut prædicantes Lutherani omnes ſunt Ægyptiâ cæcitare percuſſi, qui ad tam ſplendidum Solem Scripturæ caligant: aut extremè malitioſi, qui tam candidæ veritati ſuas nebulas offundunt, & tot victimas Orco demittunt. Vtrumque abſurdum. Quis enim huiuſmodi Paſtoribus ſuæ animæ Salutem committat? Quis eis fidem in reliquis ſcripturæ interpretationibus habeat?

Magnum diſcrimen eſt inter Tartara & Sidera. Aut hîc æternum beandi, aut illi æternum cruciandi ſumus. Et adhuc cæcos Duces ſequemur, aut malignos? O felix illa, ô metuenda iſta æternitas? ô æterna vtraq; ÆTERNITAS?

* * *

exinanitionis gratioſè quidem adfuiſſe credentibus &c. verum iuxta eandem Humanitatem tunc temporis totum hoc Vniuerſum inceſſanter N O N G V B E R N A S S E, *nec omnia idiomata* ἐνεργητικὰ *ſemper inceſſanter vſurpaſſe.* *Apologia Saxonica fol. 439.*

E contrario docent VVirtenbergici, Chriſtum, etiam tempore exinanitionis, & in ſtatu Humilitatis ſuæ à primo puncto Conceptionis, ſecundum Humanitatem ſuam, omnibus Creaturis præſentem adfuiſſe, omniaque quamuis *latenter gubernaſſe.* Quomodo iam ſe expediet plebeius ex hoc Labyrintho? Quid in iſtis altiſſimis & ſubtiliſſimis rebus credet? vbi eſt Nota veræ Eccleſiæ, quam iactatis puram Verbi prædicationem?

Si adhæreas Saxonicis, inſtant VVirtenbergici, & dicunt, te Neſtorianum, Photinianum, Caluinianum errorem ſequi, quo duæ Perſo-

næ in Chriſto conſtituantur; quæ eſt damnatiſſima hæreſis.

Si VVirtenbergicis te aſſocies, inſtant Saxonici, & dicunt, te veram paſſionem ac mortem Chriſti negare, cum Marcione peſtilentiſſimo hæretico, & omnia in Chriſto *tantùm ſimulata* aſſerere, quod eſt Symbolum Apoſtolicum à Fundamentis euertere. Hæccine eſt VNITAS Eccleſiæ veſtræ ô Lutherani? Hæc *Reformatio* fidei, quam in Germania inſtituiſtis?

Diſſident autem hæ partes non tantùm inter ſeſe mutuò, ſed vtraq; accuſat alteram, quod diſſideat à ſeipſa. Saxonici dicunt VVirtenbergicos & ſecum, & cum ſuis anteceſſoribus VVirtenbergicis pugnare, nempe cum Brencio, Schmidelino, Gerlachio, &c. Viciſſim VVirtenbergici dicunt Saxonicos ac Haſſiacos & à ſeipſis, & à ſuis anteceſſoribus Saxonicis diſcedere, nempe à

Chem-

Chemnitio, Seelneccero, Hunnio, &c. Vtrique dicunt alteros à Libro Concordiæ defeciſſe. Quid iam, obſecro, arripiet Lutheranus Princeps? Lutherana Reſpublica? Lutheranus Populus? Errabit, quocunque ſe vertat. Neſtorianus eſt & Photinianus apud Saxones & Haſſos: Marcioniſta eſt apud VVirtenbergicos. ſiue hùc, ſiue illùc caput flectat, occurrit plurima mortis imago; & mortis quidē ſempiternæ.

Neque hîc dicere fas eſt. I. Non magni referre, quid populus in hac re credat. nihil impedimenti illi adferri ad ſalutem; quæſtionem hanc adiaphoram eſſe. Si enim hoc verum, cur non quieſcitis? cur Germaniam turbatis? cur *Deciſiones* publicas vulgatis. cur *Admonitiones amicas* tam inimicas emittitis? cur Apologias tam hoſtiles ſpargitis? cur vos mutuò hæreticos contumelioſè appellitatis?

Deinde quæſtio Adiaphora dici non poteſt, vtrum Chriſtus *vere* pro nobis paſſus ac mortuus ſit, an tantùm *ſimulate*? vtrum propriè ad inferos deſcenderit, & in cœlum aſcenderit, an tantùm figuratè? Hæc minimè ſunt adiaphora: Alioquin etiam adiaphora quæſtio erit, vtrum Verbũ, *verè* pro nobis ſit factũ Caro, an tantúm *ſimulatè* ac *figurate*? Quis autem hoc ferat? Iſto enim conceſſo, vana eſt fides noſtra, vanum eſt Apoſtolicum Symbolũ; deniq; Catechiſmus omnis nõ eſt, niſi luſus ac terriculamentum puerorum. Cum enim hi grauiſſimi articuli, quos in Symbolo Apoſtolico quotidiè recitamus, pendeant ex illa quæſtione Vbiquiſtica, de qua hodie digladiantur Lutherani, nemo poteſt dicere, bellum hoc eſſe tantum de rebus adiaphoris, quę citra ſalutis periculum diſceptantur.

Neque 2. quiſquam Lutheranorum

norum ignorantiam ſimplicem hic poteſt prætendere. Ex ipſa enim Lutheranorum doctrina, in ſummis articulis fidei, qui omnibus ad ſalutem ſunt neceſſarij, (quales ſunt in Symbolo Apoſtolico expreſſi) non habet ignorantia vlla locum. Ita enim Lutherus Tom. 3. Ien. Lat. f. 162. b. *Quod multis multa manent obſcura, non hoc fit Scripturæ obſcuritate, ſed illorum cæcitate vel ſocordia, qui non agunt, vt clariſſimam veritatem videant. Sicut Paulus de Iudæis dicit 2. Cor. 4. velamen manet ſuper cor eorum. Et iterum. Si Euangelium noſtrum opertum eſt, in ys, qui pereunt, opertum eſt, quorum corda Deus huius ſæculi excæcauit. Eadem temeritate ſolem diemq; obſcurum culparet, qui ſibi oculos velaret, aut à luce in tenebras iret, & ſeſe abſconderet. Deſinant ergo miſeri Homines tenebras & obſcuritatem cordis ſui, blaſphema peruerſitate ſcripturis*

Dei clariſſimis imputare. Vides quid Lutherus dicat? Culpa hominum eſt, ſi qui ſummè neceſſarios fidei articulos ignorent. In ſcripturis enim illi clariſſimè proponuntur. Vnde in ijs tam parùm poteſt quis per ignorantiam ſe excuſare, quam parùm poteſt ille, qui lucentem ſolem non videt, eo quòd oculos de induſtria claudit, & non agit, vt videat. Proinde ſiquis hîc *ignorat, ignorabitur*, 1. Cor. 14. v. 38.

CONSIDERATIO V.

VIDISTI Lector, quantis ſe mutuò vulneribus conſauciarint Vbiquiſtæ? Wirtenbergicos Saxonici & Haſſiaci Marcioniſmi accuſarunt: Saxonicos verò & Haſſiacos Neſtorianiſmi

niſmi inſimularunt Wirtenbergici. Annon hæ ſunt cubitales plagæ? an non hoc eſt ferro viſcera rimari?

Indubitatò autem conſtat has hæreſes in Auguſtana Confeſſione palàm condemnari. Nam articulus 3. illius Confeſſionis ſic habet. *Docent, quod Verbum, hoc eſt, Filius Dei, aſſumpſerit humanam naturam in vtero B. Mariæ Virg. vt ſint duæ naturæ, diuina & humana, in* V N I T A-T E *P* E R S O N Æ *inſeparabiliter coniunctæ, vnus Chriſtus verè Deus, & verè Homo, natus ex Virgine Maria,* V *E R E paſſus, crucifixus, mortuus & ſepultus, &c. Idem deſcendit ad inferos, & V E R E reſurrexit tertia die, &c.* Ita Confeſſio, quæ *Neſtorianiſmum* profligat, dum ait, *duas naturas in* V-N I T A T E *P* E R S O N Æ *eſſe coniunctas*: Neſtorius enim duas in Chriſto perſonas aſſerebat: Auguſtana verò confeſſio tantum V N A M. Dum verò ait Chriſtum *V* E R E *paſ-*

ſum,

inquiebant Anhaldini ad Theologos Erdfordienſes, ſupra pag. 29. citati.

CONSIDERATIO VI.

PRAETER hæc abſurda & hæretica, quæ ſibi inuicem obiectãt Saxonici & Wirtenbergici circa *modum Vbiquitatis*, in quo diſſentiunt, multa alia paradoxa & heterodoxa ſequuntur ex ipſâ *Vbiquitate*, in qua conſentiunt: quæ hoc loco commemorare non eſt animus. Id feci in Symbolo Lutherano, & illius Vindicijs, vbi oſtendo, per Vbiquiſticam hanc doctrinã, articulos Symboli Apoſtolici de Chriſti conceptione, natiuitate, paſſione, morte, ſepultura, deſcenſu ad inferos, & aſcenſu in cœlos,

los, magnam partem euerti & aboleri. Id quod etiam iam olim grauiter monuit Electorem Saxoniæ Wilhelmus Landgrauius Haſſiæ in litteris ad eum Anno 1577. 20. Decembris datis. *Etenim ſi caro Chriſti* (inquit) *in vtero Mariæ propter vnionem perſonalem eſt Vbiq;, vt docetur, & ſic etiam extra vterum matris fuit, næ multi dubitabunt, an verè homo conceptus & natus fuerit. Et ſi carni Chriſti omnes diuinæ naturæ proprietates, & inter has etiam impaſſibilitas, immortalitas,* & *ſimiles realiter communicatæ ſunt, non abs re in dubium vocabitur, Verumne ſit, quod Scriptura dicit, Chriſtum eſuriiſſe, ſitiiſſe, calorem, & frigus ſenſiſſe, & an verè caeſus, crucifixus & mortuus ſit, quum nihil horum in naturam diuinam cadat. Quod ſi verè mortuus non eſt, nulla à mortuis reſurrectione opus habuit: et ſi cœlum & terra Vbiquitaria, ſimiliter Chriſtus non habuit neceſſe, vt in infernum*

Extant hæ Litteræ in Cõcordia Diſcorde Hoſpiniani.

fernum deſcenderet, & in cœlum aſcenderet. Atq́ hac ratione articuli fidei noſtræ de Incarnatione Chriſti, paſſione, morte, & in cœlos aſcenſione, in quibus noſtra conſolatio & ſalus poſita eſt, in opus merè allegoricum, & Comœdiæ ſimile rediguntur, id quod auditu horrendum, & deploratione digniſſimum eſt. Hæc Landgrauius ad Electorem Saxonem, cauſas commemorans, cur non poſſit ſubſcribere Libro Concordiæ. Sed miſſa hæc abſurda facio.

Vnum abſurdum abſurdiſſimum, breuiter oſtendo; nempe ex Vbiquitate ſequi, quòd corpus & ſanguis Chriſti in quouis pane & vino (vt de alijs cibis & potibus nihil dicam) realiter manducetur & bibatur, ſi id in Euchariſtia verè, realiterque accipiatur apud Lutheranos. Quod ita probo.

Quando quid alteri intimè indiſtanter & inſeparabiliter eſt coniunctum

iunctum, & ſimul motionis localis capax, tunc non poteſt fieri, vt alterum moueatur loco, & ex ore transferatur in ſtomachum, niſi etiam moueatur alterum, & illùc quoque transferatur.

Sed Humanitas Chriſti, ſecundum Vbiquiſtas, eſt cuiuis pani & cuiuis vino intimè, indiſtanter, & inſeparabiliter coniuncta, & ſimul eſt motionis localis capax, iuxta Lutheranos.

Ergo non poteſt fieri, vt vllus panis, aut vllum vinum moueatur loco, aut transferatur ex ore in ſtomachum, niſi etiam ſimul moueatur & transferatur in ſtomachum Chriſti Humanitas. Ergo in quouis pane & vino realiter manducatur & bibitur corpus & ſanguis Chriſti.

Hîc tria obijciunt Aduerſarij, 1. Etiam Deum eſſe omnibus creaturis intimè præſentem, & tamen non moueri, motis creaturis. 2. De-

um voluiſſe, vt in pane tantùm Eucharistico manducaretur Corpus Chriſti, non item in alio quouis pane: ſufficere autem Dei voluntatem & Inſtitutionem. 3 Aliam eſſe præſentiam *Sacramentalem*, aliam *Non-ſacramentalem*. In Euchariſtia Chriſti humanitatem etiam *Sacramentaliter* eſſe præſentem; in alijs verò rebus *non Sacramentaliter*.

Ad I. dico Diſparem eſſe Dei rationem. Quia in Deo obſtat intrinſeca & eſſentialis eius immobilitas, quæ ex immenſitate oritur. Hinc fieri non poteſt, vt moto cibo, Deus quoque moueatur. Vbiquiſtæ autem concedunt Chriſtum in Euchariſtia realiter, verè, ac propriè manducari. Ergo etiam concedere coguntur, illum non ſolùm eſſe motionis localis capacem; ſed reipſa verè, realiter ac propriè loco moueri. Impoſſibilis enim eſt manducatio propriè dicta, ſine motione locali

cibi:

cibi: ſiquidem cibus in os immitti, & ex ore in ſtomachum neceſſario transferri debet; quod ſine motione locali fieri nequit. Stat ergo adhuc meum argumentum. Quia Deus eſt immenſus, eſſentialiter immobilis ac motionis localis incapax: Humanitas verò Chriſti eiuſdem eſt capax, Ergo moto cibo, neceſſariò ſimul mouetur Humanitas, cibo inſeparabiliter coniuncta; non autem motis creaturis, neceſſario ſimul mouetur Deus.

Ad II. dico, Deum nunquam voluiſſe, vt fieret id, quod fieri nulla ratione poteſt; aliàs poſſet etiam velle, vt binarius numerus eſſet impar, & ternarius par; item vt ipſemet non eſſet omnipotens, æternus, &c. quod nemo ſanæ mentis dixerit. Non poſſe autem fieri, vt manducetur vllus cibus, & bibatur vllus potus, niſi etiam ſimul ſumatur ipſa Humanitas Chriſti illis præſens

ſens, ex argumento allato eſt euidens; & Confirmatur nouo. Si enim Humanitas Chriſti, ex vi Vbiquitatis, eſt in quouis cibo & potu intimè præſens, vt aſſerunt Vbiquiſtæ, vel inter comedendum & bibendum deſinit eſſe illis præſens, vel nō deſinit. Si deſinit eſſe in illis: Ergo tunc non eſt Vbique, nec eſt cibo & potui inſeparabiliter coniuncta, cōtra hypotheſin. Si verò non deſinit; ergo deglutiens cibum & potum, deglutit etiam Humanitatem Chriſti, quæ eſt intimè, & inſeparabiliter cibo & potui coniuncta; Ergo etiam extra Sacramentum verè manducat Corpus Chriſti in quouis cibo; & verè bibit ſanguinē eius in quouis potu; id quod Eccleſia Orthodoxa ne per ſomnium quidem vnquam admiſit.

Ad III. dico, diſtinctione iſta de duplici præſentia Vbiquiſtas non euadere. Quod probo aliquot argumentis.

PRI-

PRIMVM ARGVMENTVM.

PRÆSENTIA *Sacramentalis* vel eſt realis diſtinctus modus à præſentia *non Sacramentali*, vel non: Si non: Ergo eſt idem: adeoque vbicunque eſt præſentia *non Sacramentalis*, ibi etiã eſt præſentia *Sacramentalis:* cũ ergo in quouis cibo & potu, ſecundùm Lutheranos, Chriſtus ſit *non Sacramentaliter* præſens, etiam in quouis cibo & potu eſt *Sacramẽtaliter* præſens: ergo in quouis cibo & potu etiã ſumitur Sacramentum. Si verò eſt diſtinctus modus, ſequitur 1. Librum Concordiæ malè inter fundamenta præſentiæ realis Euchariſtiæ ponere Vnionem Hypoſtaticam & ſeſſionem à dextris Dei. Hæc enim Vnio hypoſtatica eſt ſolùm cauſa præ-

Lib. Concord. f. 241. 242. 301.

præſentiæ *non Sacramentalis*; ergo non eſt cauſa & fundamentum *Sacramentalis*. 2. Sequitur, Chriſti Humanitatē habere in Euchariſtia duas ſimul realiter diſtinctas *illocales* præſentias; vnam *Sacramentalem*, ex vi verborum Chriſti, & inſtitutionis Euchariſticæ; alteram *non Sacramentalem*, ex vi vnionis hypoſtaticæ, &c. quod eſt planè inutile & redundans; cum altera ſola præſentia ſufficiat, altera verò prorſus ſit ſupervacua.

Neque effugies dicendo, præſentiā *Sacramentalem* habere annexum etiam fructum Sacramenti, quem non habeat præſentia *non Sacramentalis*. nam de hoc ipſo eſt quæſtio, annō etiā in cuiuslibet panis & vini ſumptione habeatur fructus Sacramenti, ſi Chriſtus Vbiq; ſemper eſt præſens per Vbiquitatem. Ergo petitur principium: Deinde aliud eſt Chriſti Sacramentalis

talis præſentia; aliud fructus Sacramenti. Fructus eſt poſterior præſentiâ; non eſt ipſa præſentia. Hinc fit ſæpenumero, vt verè ſacramentaliter præſens ſit Chriſtus, vbi nullus eſt fructus. Qui enim indignè manducat & bibit, Iudicium ſibi manducat & bibit, non autem fructum vitæ percipit. 1. Corinth. 11. v. 29. Annon concedunt Lutherani etiam à malis verè accipi Euchariſtiæ Sacramentum? Ergo concedunt accipi verè & ſacramentaliter præſens corpus Chriſti. Et tamen concedunt à malis id accipi ſine fructu. Ergo præſentia *ſacramentalis* non dependet à fructu. Nihil igitur ad rem facit, id quod oggeritur de fructu, cum nos de præſentia loquamur.

***

SECVN-

SECVNDVM ARGVMENTVM

POSITA cauſa in *actu* cum omnibus neceſſariò requiſitis, ponitur effectus.

Sed in quouis prandio, vel cænâ fidelium (vbi ſumitur panis & vinum) poſita eſt *ſacramentalis* præſentiæ cauſa in *actu*, cum omnibus neceſſariò requiſitis.

Ergo ibi quoq; ponitur ipſa *ſacramentalis* præſentia. Ergo in quouis pane & vino, ſecundum Lutheranos, ſumitur Euchariſtia.

Maior eſt indubitata.

Minorem ex hypotheſi probo 1. *Actu* adeſt panis & vinum. 2. *Actu* adeſt, ratione Vbiquitatis, præſentia corporis Chriſti. Nec 3. deeſt Inſtitutio Chriſti, fuit enim illa gene-

ralis, & non magis determinata ad vinum & panem, quem in templo Miniſter diſtribuit, quàm quem quiuis alius in domo ſua: ſicuti nec Inſtitutio Baptiſmi deſtinata eſt ad hanc naturalē aquam magis, quàm ad illam. 4. Adſunt homines credentes promiſſionibus Chriſti, & comedentes ac bibentes *actu* panem & vinum. Quid ergo deeſt? An benedictio, ſeu verborum *Inſtitutionis* pronunciatio? An Miniſter publicus? An Miniſtri intentio, ſiue voluntas determinandi materiam, & conficiendi ſacramentum? an fides & bona diſpoſitio ſuſcipientis? An locus publicus, ſiue Eccleſia? Nihil horum eſt ſimpliciter de *neceſſitate* ſacramenti, ſecundùm Lutheranorum principia. Ergo etiam ſine illis eſt Chriſtus ſacramētaliter præſens.

Non locus publicus: quia prædicantes Euchariſtiam priuatim & ægris, & ſanis ſæpe miniſtrant.

Non

Non benedictio: quia iam dudum Chriſtus Schmidelino aſſertore, omnem futuram Euchariſticam cænam benedixit & conſecrauit. Ait enim (in 107. concluſionibus Vlmæ anno 1564. Germ. impreſſis, theſi 80. pag. 45.) *Nihil aliud agere miniſtrum recitantem verba Chriſti publicè, quam vt reuocet populo inſtitutionē Chriſti in memoriam.* Vnd iſt eygentlich darvon zureden (*inquit*) die *conſecration* oder der ſegen deß Kirchendieners nichts anders / dann daß er mit lauter ſtimme / vnnd dem Volck verſtändtlicher Sprach / durch die erzehlung der Stifftung deß H. Abendmals / wie die von den Euangeliſten beſchriben / den erſten Segen dem Volck widerumb in Gedächtnuß bringt. Et Lutherus tom. 7. Lat. Witteb. Homil. de Euchariſtia. *Verba conſecrationis (ait) nobis eſſe data noſtræ fidei & ſecuritatis confirmandæ gratia, vt ſciamus Chriſtum certò inuenire.*

Ergo per hanc verborum recitationem non conſtituitur corpus Chriſti illic Sacramentaliter præſens. Conſentit Meiſnerus in diſp. 17. Collegij de ſacrā. theſi 10. vbi ait. *nec dubium eſt vllum, quin etiā virtute illius benedictionis, ordinationis, & operationis* (loquitur de ipſo Chriſto hanc cænam olim inſtituente & perficiente) *facta ſit myſtica rei terreſtris & cæleſtis vnio: & hæc virtus etiamnum durat, &c.* Theſi verò XII. de verbis conſecrationis à miniſtro recitatis ait. *Nec verò tanta eſt verborum iſtorum ἐνέργεια, non tanta vis, vt corpus Chriſti cælo deducere & pani Sacramentaliter adunare integrum habeant, ſed primæ Saluatoris benedictioni omnia accepta referenda ſunt, illaq́ etiamnum robur ſuum tenent, ſuumq́ vigorem, &c.* Accedit, quod Lutherani Magiæ accuſant Catholicos, quòd verba inſtitutionis à Sacerdote recitata aliquo modo cau-

ſam

Digitized by Google

ſam præſentiæ Sacramentalis Chriſti aſſerant. Sic enim ſcribit Conrad. Dieterich in Catechett. inſtitt. fol. 718. *Errant pontificij, dum miſſatico Canoni prodigioſis ceremonijs ſuper ſymbola panis & vini à ſacrificulo enumerato, vinculum Unionis ſacramentalis panis & Corporis Chriſti ſuperſtitioſè adſcribunt, &c. cum tamen præſentiam corporis & ſanguinis Chriſti in cæna nullius hominis fides, dignitas, opus, ne dum Verbum & pronunciatio, ſed ſola præſtet Domini N. Ieſu Chriſti omnipotentia, virtus, inſtitutio, & ordinatio.* Ergo apud Lutheranos, prolatio verborum Inſtitutionis non eſt neceſſaria, vt per illam fiat præſens Sacramentaliter Corpus Chriſti. Hinc Brencius in Recognitione ait: (vt refert Gretſerus in Summula caſuum; tit. de Euchariſtia) *Magicam papiſticam conſecrationem vitari non poſſe, niſi aſſeratur adeſſe Corpus Chriſti ante verba Conſecrationis.*

 Et

Et paulò ante docuerunt Lutherani, verba Inſtitutionis ob aliam cauſam non proferri, *quàm noſtræ fidei & ſecuritatis cauſa, vt ſciamus Chriſtum certò inuenire*, ſicut Lutherus loquitur, vel *vt populo reuocetur in memoriam Inſtitutio*, vt ait Smidelinus hoc autem poteſt fieri etiam per picturam, vel ſcripturam repræſentantem Epulum illud ſacrum, quod Chriſtus cum Apoſtolis celebrauit. Neque ex Scriptura, (ſeclusa Traditione Eccleſiæ, & autoritate SS. Patrū) euidenter demōſtrari poteſt, in Euchariſtiæ adminiſtratione neceſſariam eſſe verborum Inſtitutionis ſuper panem & vinum recitationem: quemadmodum in Aranea Tubingenſi de forma Baptiſmi quoq; oſtendi. Et fatetur Kemnitius in 2. p. Exam. Concil. Trid. ſeſſ. 3. c. 1. *eſſe, qui verba Inſtitutionis ſimpliciter à cœna reyciant*. Vbi videtur de Lutheranis loqui. Denique

Luthe-

Lutherus in Sympoſiacis tit. de ſacr. altaris. rogatus quid ſentiret de cõmunione cuiuſdam ruſtici, cui præbuit miniſter hoſtiam, ſuper quam verba Inſtitutionis prolata non fuerant; reſpondit; *ruſticum ſuâ fide ſaluatum fuiſſe, cum crediderit ſe verum ſacramentum accepiſſe, Dei verbo firmiter innixus.* Igitur perſpicuum eſt, ad neceſſitatem ſacramenti huius, non ſimpliciter requiri verborum iſtorum prolationem, nec per verba hæc ſacramentalem Chriſti præſentiam effici, ex ſententia Lutheranorum.

Idem dixerim de Miniſtro publico ac certo. Quia Luthero autore in Captiuit. Babyl. tit. de ordine, *nos omnes, quotquot baptizati ſumus, æqualiter ſacerdotes ſumus.* Idem alibi ait: *Illud verbum, (Hoc facite in meam commemorationem) dixit Chriſtus omnibus ſuis præſentibus & futuris, qui panem illum ederent, & poculum*

Lutherus in Libello de Inſtituendis miniſtris ad ſenatum Pragenſem.

lum biberent. quidquid ergo illic collatum eſt, omnibus collatum eſt. Et poſt pauca. *Paulus per illa verba 1. Corinth. 11. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, &c. ad omnes loquitur Corinthios, omnes faciens tales, qualis ipſe fuit, id eſt conſecratores.* Et rurſùm eodem lib. ait Lutherus, etiam *mulieribus conceſſam eſſe poteſtatem conſecrandi.* Et lib. de miſſa priuata. Tomo. 2. Witeb. *ab ipſo diabolo fieri poſſe ſacramentum corporis & ſanguinis Christi* pronunciat; addens hanc præclaram ſententiam. *Fides noſtra, dignitas & efficacia ſacramentorum non nititur Qualitate perſonæ ſiue bona, ſiue mala ſit, uncta vel non uncta, vocata legitimè vel* NON VOCATA (NB.) *Satan vel Angelus, ſed nititur Chriſto & verbo eius, Chriſtiq; mandato & ordinatione, vbicunq; illa ſunt, ibi vera ſunt ſacramenta, perſona qualiscunq; tandem ſit, aut eſſe poßit.* Certiſſimum igitur eſt Luthe-

ro

ro iudice, non eſſe ſimpliciter neceſſarium ad confectionem ſacramenti miniſtrum publicum.

Sed neq; Intentio in miniſtro requiritur ex Lutheranorum doctrina. Nam Facultas Theologica Wittebergenſis in Fideli admonit. de Relig. papiſtica fugienda, c. 3. f. 158. inter *ἄγραφα & humana dogmata numerat requiri ad integritatem ſacramentorum intentionem in miniſtro faciendi, quod facit Eccleſia.* Et Heilbrunnerus in Colloquio Ratisbon pag. 279. edit. 2. Monac. ſic loquitur. *Si ſacramentorum efficacia dependet à fide, aut infidelitate, à dignitate vel indignitate perſonæ adminiſtrantis, tunc de efficacia baptiſmi ſemper eſſet dubitãdũ: quia nobis non certò conſtat, qualis fuerit adminiſtrantis intentio.* Sed eadem eſt ratio, quoad hoc, ipſius Euchariſtiæ, Ergo.

Nec fides aut diſpoſitio ſuſcipientis Euchariſtiam requiritur ad

præſentiam. Ita expreſſè Scheckius in Reſponſo ad libellum Anonymi fol. 6. vbi ait. *Ex quo ſequitur, vt Sacramentalem hanc præſentiam fides non efficiat.* Idem docet Schmidelinus diſp. cit. theſi 95. pag. 53. alij etiam Lutherani concedunt, Chriſtum verè ſumi in Euchariſtia etiam à malis & iniuſtis.

Denique nec diſtributio ſimpliciter eſt neceſſaria; qua vnus Euchariſtiam cæteris porrigit. Etſi enim *ſumptio, quæ ore fit, ſit neceſſaria, modus tamen ſumptionis eſt indifferens* (inquit Conradus Dieterich in Catechet. Inſtitt. de cæna dominica, fol. 709. edit. Gieſſ. anno 1617.) *ſiue manibus prius apprehendatur & ori admoueatur, ſiue ore ſolo è manu porrigentis paſtoris ſumatur, modo aduesc̃endum accipiatur, & reuera etiam manducetur,*

Neq; ex illis verbis Chriſti, *Hoc facite, &c,* quidquam concludi poteſt,

teſt, aduerſùm nos, ſecundùm Lutheranos; quia Conradus Dieterich ibid. fol. 702. ait: illa verba, *Hoc facite*, &c. *ſolùm ad præcipua* in Euchariſtiâ, nempè ad *manducationem & bibitionem* extendenda eſſe: idque ait *diſertè Paulum teſtari, cum dicit 1. Cor. 11. 25. 26. Hoc facite, quotieſcunq; biberitis in mei recordationem; & quotieſcunq; panem hunc ederitis (non, fregeritis, aut diſtribueritis) mortem Domini annunciabitis, &c.* Hinc autem non euincitur, neceſſarium eſſe, vt vnus cæteris porrigat panem aut calicem benedictum? cur enim panis iſte ſacramentalis non ſit, niſi miniſter eum tibi in manum, vel in os ingerat? Neque dicas, vt ex Chriſto interrogem, cur ita inſtituerit; nondum enim probaſti eum ita inſtituiſſe. Adhæc quàm ſæpè fit, vt cibos in menſa paterfamilias cæteris diſtribuat? Quare nihil prorſùs deeſt, quò minùs in quauis ſum-

ptione panis & vini apud Lutheranos Chriſtus *ſacramentaliter* etiam accipiatur; id quod abſurdiſſimum dogma, & à ſcripturâ, ac orthodoxæ Eccleſiæ ſenſu eſt alieniſſimum.

TERTIVM ARGVMENTVM.

SI non in quolibet pane & vino ſemper Chriſtus *Sacramentaliter* eſt præſens, neceſſe eſt, vt aliquando acquirat hanc præſentiam, & quidem actione reali; cum præſentiam illam dicant eſſe *realem*; eamque non niſi mediante *vnione reali*.

Sed conſequens non poteſt dici, Ergo nec antecedens.

Maior eſt euidens; & conceditur ab aduerſarijs. Sic enim ſcribit Conradus Dieterich in Inſtitt. Catechett.

techett. de Cænâ dominicâ. *Vnio ſacramentalis eſt realis, ſed tamen non phyſica, vel humanis ſenſibus comprehenſibilis, ſed myſtica, & Deo cognita, nihilominus tamen vi inſtitutionis Chriſti* VERA. & in Aphoriſmis de Cænæ Dom. materiâ internâ. Quæſtio, XI. fol. 13. *Adeſt* (inquit) *Corpus & ſanguis Chriſti in cœna non modo aliquo phyſico, ſed myſtico, non naturali, ſed ſupernaturali, non comprehenſibili, ſed incomprehenſibili, atq; ac* VNIO *non eſt naturalis, & phyſica, ſed ſupernaturalis.* & mox addit. *Dicitur* (præſentia) *realis, partim ſubiectiuè, vt reale Corpus & realis ſanguis, &* REALIS *eorundem cum pane & vino* VNIO *& præſentia exprimantur.* Et Chemnitius in 2. parte Exam. Trid. c. 4. fol. 394. ait, *Concedimus cum Irenæo, panem poſt benedictionem in Euchariſtia non amplius eſſe communem panem, ſed Euchariſtiam corporis Chriſti; qua dua-*

bus

bus iam rebus conſtet, terrena, hoc eſt, pane & vino; & cæleſti, hoc eſt, corpore & ſanguine Chriſti. Hæc certè magna, miraculoſa, & verè diuina eſt mutatio, cum antea ſimpliciter tantum eſſet vulgaris panis, & commune poculum, quod iam poſt benedictionem cum pane & vino illo verè & ſubſtantialiter adeſt, exhibetur, & accipitur, corpus & ſanguis Chriſti. Concedimus igitur fieri mutationem aliquam & quidem talem, vt de pane verè prædicari poſſit corpus Chriſti.

Probo minorem. Si datur aliqua actio realis, ac *ſubſtantialis*, quâ Corpus Chriſti cum pane, & viciſſim panis cum corpore Chriſti; item ſanguis eius cum vino, & vinum cum ſanguine, reali vinculo intrinſeco verè vniatur, tunc debent Lutherani 1. etiam concedere nouum *ſubſtantiale* cõpoſitum fieri ex corpore Chriſti, & pane; ex ſanguine Chriſti & vino, quod erit aut *Deus*

& ho-

& homopanaceus, aut *panis humanatus & diuinizatus*, aut aliquid aliud (quomodocunque appelles) neque à ſcripturâ, neque ab Eccleſiâ orthodoxâ vnquam approbatum.

2. Explicare debent, vtrum panis cum corpore Chriſti, vt animato & ſubſiſtente, adeoque etiam cum diuinâ perſonâ vniatur realiter, an non? ſi poſterius dicant, tunc in Euchariſtia ſumunt corpus Chriſti tanquam mortuum & imperfectum: illud enim tantùm ſumunt cum pane, quod eſt ei *ſacramentaliter* vnitum. Deinde diuidunt in Chriſto paſſiones, quod alibi Neſtorianiſmi accuſarunt.

Si verò prius dicant, tunc *ſequitur* 1. Vnionem panis cum corpore Chriſti eſſe etiam vnionem perſonalem, conſequenter duæ, imò aliquando mille vniones perſonales erunt in Chriſto; vna perſonæ ad humanitatem, aliæ mille eiuſdem perſonæ

ſonæ ad ſubſtantiam panis, in mille v.g. hoſtijs, quæ à mille communicantibus ſumuntur. *Sequitur* 2. Vnionem hanc perſonalem ſacramentalem ſæpius iterum deſtrui, atque à perſona diuina deſeri: poſt vſum enim Euchariſtiæ docent Lutherani, præſentiam illam ſacramẽtalem ſtatim deſinere; igitur deſinit & Vnio 3. *Sequitur* Vbiquiſtico ratiocinandi modo, corpus Chriſti, quando in vno pane eſt ſacramentaliter præſens, eſſe Vbiq́ ſacramẽtaliter præſens. Quia quidquid eſt vnitum perſonaliter Verbo (inquiunt ipſi Lutherani pro ſua Vbiquitate) eſt Vbique. Sed corpus Chriſti in pane Euchariſtico ſacramentaliter præſens, ſiue affectum ſacramentali præſentia, eſt perſonaliter vnitum Verbo. Ergo corpus Chriſti ſacramentaliter in pane Euchariſtico præſens, ſiue affectum ſacramentali præſentiâ, eſt Vbi-

Vbique cum Verbo. quidquid ergo comedas vel bibas, ſemper ſimul ſumes corpus Chriſti ſacramentaliter præſens. 4. Sequitur ob eandem cauſam, etiam ipſum panem eſſe omnipræſentem, eſſe omnipotentem, &c. cum ſit perſonaliter vnitus Verbo. 5. Sequitur panem poſſe dici verè & realiter Deum, & Deum poſſe dici panem; ſicuti ratione Vnionis perſonalis homo dicitur Deus, & Deus homo. Quæ omnia, ſunt inaudita & à cõmuni Orthodoxorum, quotquot vnquam fuerunt, ſenſu & conſenſu etiam atque etiam vehementer abhorrentia.

Dices, vnionem inter Chriſtum & panem, non eſſe ſubſtantialem, aut perſonalem; ſed vnionem ſimplicem ſoliùs coniunctionis localis. Atqui hoc repugnat dictis Kemnitij, & aliorum, qui dicunt talem *mutationem* accidere, *vt de pane*

verè

verè prædicari poſſit corpus Chriſti, idque *propriè*, non tantum *figuratè*, vt Caluiniſtæ docent. Hoc non fit, quando duæ res tantum *ſimplici coniunctione* vniuntur: quia tunc vna non poteſt dici altera. Non enim dicimus. *Equus eſt propriè homo*, licet homo inſideat equo, & ratione loci cum illo coniungatur. Nec dicimus, *Chriſtus eſt propriè lapis monumenti*, licet fuerint penetratiuè in eodem ſpacio corpus Chriſti & lapis: nec vinum propriè eſt Cantharus, licet in eo vinum contineatur. Reſpōdet Ioannes Debelius Lutheranus in diſp. de Cæna, *Panem ſacramentaliter eſſe corpus Chriſti*: ſed etiam hoc inuolucrum eſt erroris. Quæro: Eſtne panis propriè corpus Chriſti, an figuratè? Si poſterius. Ergo Caluiniſtæ ſunt Lutherani: quia Caluiniſtæ idem dicunt. Si prius, Non eſt tantum coniunctione ſimplici coniunctū corpus Chriſti cum pane, ſed vnione arctiori. Atq;

Digitized by Google

Atq; ex his perſpicue Lector videt, quanta abſurda ex Vbiquitate ipſa, quam vtraq; diſſidentium Lutheranorum pars defendit, ſequantur, quantumque vulnus ſacratiſſimæ Euchariſtiæ infligant Vbiquitarij, dum aſſerunt, in quouis cibo & potu Humanitatem Chriſti per Vbiquitatem eſſe præſentem. Cum enim præſentia corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia antehac ſemper pro maximo Chriſtianæ religionis ſacramento, ſummoque, ac peculiari, & omni reuerentia ac gratiarum actione digniſſimo Dei beneficio ſit habitum, iam ſi dicatur, corpus Chriſti non tantum in Euchariſtia, ſed etiam in quouis cibo ac potu exiſtere, quæ amplius reuerẽtia, quis pius affectus remanere in populo poteſt ad diuiniſſimã hãc Cœnam? Nihil enim vileſcit faciliùs, quam quod vbiuis obuium reperitur. Ex eo certè fundamento omnis

mnis populi reuerentia ac pietas erga Euchariſtiam naſcebatur, quod in ea Chriſti caro *realiter* & *ſubſtantialiter* præsēs exhiberetur: At æquè *realiter* & *ſubſtantialiter* præſens exhibetur in quouis cibo & potu, ſecundum Vbiquiſtas. Quid ergo plus datur in quouis cibo & potu, quàm in Euchariſtia?

Si enim dicas etiam gratiam dari, & peccata remitti in Euchariſtia: Reſpondeo, ſecundum Lutheranos, eundem effectum poſſe nos conſequi in manducatione cuiuslibet cibi, &c. Dummodo credamus nobis peccata remitti; & gratiam conferri: Ad hos namq; effectus apud Lutheranos *ſola fides* abunde ſufficit, quam ſolam Iuſtificare dicunt.

Hæc per digreſſiunculam. Iam quid Catholicis obijciant, Lutherani, audiamus.

***

CON-

CONSIDERATIO VII.

POSTQVAM Saxonici Apologiam pro ſua Deciſione contra Amicam admonitionem Wirtenbergicam typis euulgarunt, non memini videre vlterius ex parte Wirtenbergicorum vllum Reſponſum. Abſtinuerunt autem à ſcriptione publica manum, non quod animo acquieuerint ſententiæ Saxonicorum, ſed quia Principum ſuorum auctoritati cedere debuerunt, metu abſterriti. Interea manet vtraque pars in ſua pertinacia; donec repentè iterum aliâ viâ erumpat hæc flamma; quia nullum violentum diuturnum. E populo alij hos, alij illos, alij neutros ſectantur, fœdiſſimè

Digitized by Google

diſſimè laceri ac diſſecti in capitalibus fidei fundamentis de Chriſti Humanitate, neſcientes prorſus, vbi firmum pedem ponant. Dum enim Vbiquiſtæ Humanitatem Chriſti ponunt vbi non eſt, fit, vt etiam non inueniant eam, vbi eſt. Annon hæc eſt miſeranda facies Eccleſiæ Lutheriſticæ? Eat nunc Tubingenſis ille prædicans, & bicubitalibus litteris ſcribat, & Stentorea voce clamet: *Concordiam non ſperamus, ſed poſſidemus*. Tota Germania illum de Falſimonia accuſabit. Ita nimirum, mi homo, concordiam poſſidetis, ſicuti poſſidetis montes & ſyluas, quas aliqui inter Cornua Lunæ eſſe fabulantur. Non potuiſti neſcius eſſe, cum hæc ſcriberes, quid tui collegæ cum Saxonicis gererent: quãdoquidem eodem tempore tot calamis inter ſeſe pugnabant, & iam tum typos Tubingenſes aduerſus Gieſſenſes exacuebant.

Iacob. Reihing. In diſſertat. de Eccleſia.

Sed

Sed ita ſolent verbis gloriari, quibus in reipſa nihil præſidij. In propatulo eſt veſtra diſcordia; negare non poteſtis; & non ſolum partes inter vos ſunt, ſed & partium partes: Proinde Eccleſia veſtra vera Chriſti Eccleſia eſſe non poteſt. In ſole enim poſuit tabernaculum ſuum: Sol vnicus eſt & indiuiſus. In pace eſt locus eius. apud vos nulla pax.

Fugiat ergo Lutheranam Eccleſiam, quiſquis Orcum fugit: recedat ab ea, quiſquis ad Deum cupit accedere.

CONSIDERATIO VIII.

OBIECTIONES & ſpicula, quæ Lutherani, quãdo illis inteſtina ſuorum bella

bella exprobrantur, in Catholicos retorquent & obiectant, non ſunt ſilentio prætereunda.

PRIMA OBIECTIO.

ETIAM inter Dominicanos & Ieſuitas eſt controuerſia de gratiæ prædeterminatione, in qua alteri alteros grauiter culpãt. Si ergo per hanc litem non læditur Vnitas Eccleſiæ Catholicæ, etiam non læditur per Bellum Vbiquiſticum Vnitas Eccleſiæ Lutheranæ.

RESPONDEO. Maxima eſt diſparitas. 1. Ratione obiecti. Quia apud Lutheranos eſt bellum de apertiſſimis, indubitatiſſimis, & ſummè neceſſarijs fidei articulis, vt de Incarnatione Verbi, de Paſſione, Morte, Deſcenſu & Aſcenſu Chriſti, de quibus in Symbolo Apoſtolico. Inter Dominicanos verò & Ieſuitas eſt concertatio ſolùm de ea re, de qua nihil

nihildum certi ab Eccleſia Vniuerſali eſt definitum. Quod enim omnibus peccatoribus gratia Dei ſit ad conuerſionem neceſſaria, & ſine illa, ſolis naturæ viribus, nemo conuertatur, vnanimis conſenſus eſt omnium Catholicorum, etiam Dominicanorū & Ieſuitarum: cum hoc ſit receptum dogma fidei, & dudum in Concilijs declaratum. Quomodo autem illa gratia hominem interiùs permoueat ad cooperandum vocationi Diuinæ, de hoc eſt ſolùm diſputatio: de quo nec dum liquidè ac indubiè conſtat, vtra pars ſit de fide: Illané, quam Dominicani defendunt; an illa, quam ſequuntur Ieſuitæ. In talibus autem controuerſijs, quæ nondum in alterutram partem expreſſè tanquam de fide ſunt declaratæ ac determinatæ, ſed opinationi fidelium relictæ, poteſt ſalua & illæſa Charitate ac *Vnitate* fidei diſceptari; dònec Eccleſia

M mo-

modum ſtatuat diſputationi. Etſi enim Vnitas Eccleſiæ conſenſionem in cognitis fidei articulis neceſſariò exigit; non exigit tamen neceſſariò in quibuslibet alijs controuerſijs. Inter Dominicanos verò & Ieſuitas nulla penitus lis eſt de vllo comperto & hactenus in Eccleſia recepto ac declarato fidei dogmate.

Longè ſecùs fit apud Lutheranos; quorum alij Vbiquitatem Humanitatis Chriſti penitus negant; alij quidem aſſerunt, ſed de modo & tempore Vbiquitatis non conueniunt. Qui verò negant Vbiquitatem, palàm Vbiquiſtas accuſant, quod aboleant & euertant articulos ſymboli Apoſtolici de Chriſto nato, paſſo, ad inferos deſcendente, & in cœlos aſcendente; idq; nō ſine fundamento. Si enim Chriſti Humanitas à primo puncto conceptionis fuit Vbique, non potuit Chriſtus verè naſci, & ex vtero matris prodire;

cum

Digitized by Google

cum in eo etiam poſt natiuitatem ſemper permanſerit; & iam antè, quàm naſceretur, extra vterũ B Mariæ Virginis fuerit in Herode, Pilato, ac omnibus beſtijs, lapidibus, lignis, cantharis & dolijs vinarijs &c.

Deinde non potuit propriè & verè crucifigi; quia non potuit vulnerari. Impoſſibile enim eſt, id, quod eſt Vbique, diſcõtinuari. Vulnus autem omne eſt diuiſio ſeu ſciſſio continui. Si ergo Chriſti Humanitas fuit Vbique, nulla vera potuit in ea fieri diuiſio, ſeu ſeparatio partium continui: quia ſpacium ſiue locus, quem claui & lancea occuparunt, etiam ab ipſa Humanitate, adeoque ab ipſis manibus & pedibus Chriſti, eodem tempore occupabãtur. imò in ipſis clauis, in ipſa lancea erant manus & pedes Chriſti. Quomodo igitur fieri potuit vlla in membris Chriſti diſcontinuatio? Quomodo vera & propriè dicta crucifixio? M 2 Simi-

Similiter nec aſcendere in cœlos propriè Chriſtus potuit, nec deſcendere in infernum, ſi Vbique fuit. Quod enim eſt Vbique, id localis motionis eſt incapax; quandoquidem non poteſt vnum locum deſerere, & alium, quem non habuit, acquirere. Semper enim & eſt, & manet in omni loco.

Iam quid ipſi Vbiquiſtæ inter ſe de ijſdem fidei notiſſimis articulis belligerent, præcipuè de ipſa morte Chriſti Saluatoris noſtri, an is verè, an verò tantùm ſimulatè mortuus ſit; ſupra ex ipſorum ſcriptis cognouimus: vbi ſeſe Neſtorianos, & Marcioniſtas honorificè appellitarunt. Eſt igitur ingens diſcrimen inter diſſidium Lutheranorum: & diſſidium Catholicorum, idque ratione obiecti, ſeu materiæ, circa quam vtrique diſcordant.

II. Etiam diſparitas eſt ratione ſubiecti. Nam I. apud Catholicos vtràque

Digitized by Google

traque diſſidentium pars parata eſt Eccleſiæ iudicio caput ſubmittere, & in eam doctrinam manibus & pedibus concedere, quam ipſa veram eſſe iudicauerit: proinde nec Dominicani, nec Ieſuitæ abſolutè quidquam in ea re aſſerunt, aut negant; ſed conditionaliter tantùm; ſcilicet, Si Eccleſia Catholica non aliter iudicauerit.

Hinc vtraque pars idem formaliter iudicat, ſentit ac docet, quod docet Catholica Eccleſia: per conſequens formaliter nulla eſt inter Catholicos diſſenſio, ſed materialiter tantùm, ad eum modum, quo Diuina & humana voluntas in Chriſto diſſentiebant, quarum illa volebat mortem, hæc refugiebat, ſi non eſſet aduerſum diuinæ voluntati. Ita Dominicani & Ieſuitæ ſentiunt quidem diuerſa, non abſolutè, ſed conditionatè, ſi nimirum non aliter iudicet Eccleſia. Et ad hanc reſponſionem

ac inſtantiam de Chriſto, quam Simon Felix in Vulpecula Tub. fol. 67. obiecerat penitus obmutuit autor Apologetici Tubingenſis. Ex quibus euidens eſt, neque Dominicanos, neque Ieſuitas à Catholica Eccleſia diſſentire, ſed potiùs cum ea conſentire; adeoq; vnum & idem cum illa credere. Si autem VNVM & idem cum Eccleſia credunt, etiam credunt vnum & idem inter ſe; quia quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.

Ex quo vlterius ſequitur, non eſſe diſſenſionem inter Catholicos cum aliqua pertinacia, quandoquidem vtraque pars promptè lubenterque ſe offert ad ſuam opinionem deponendam, & oppoſitam amplectendam, quam primùm id iubebit Eccleſia, penes quam iubēdi eſt poteſtas. Sine pertinacia autem nemo eſt hæreticus, etiam ipſorum Lutheranorum ſuffragio. Hæreticum e-

nim

nim Froereiſenius Vol. 1. panopl. diſp. 28. controu. 37. n. 4. f. 448. vocat illum, *qui fundamentalem articulum fidei pertinaciter & malitioſe oppugnat.* Abſit à nobis pertinacia: abſit malitia. Mandet Eccleſia, & vel hodie prono aſſenſu vtrique acquieſcemus.

Apud Lutheranos verò hoc minimè habet locum. Quia cum neutra diſſidentium pars apud illos velit ſimpliciter ſtare iudicio Eccleſiæ, ſed ad ſolam ſcripturam vtraque prouocet, quam Scripturam etiam vtraq; pars ait per ſe clariſſimam, limpidiſſimam, & quaſi ſolaribus radijs ſcriptam, ita vt quilibet ex ea poſſit & facilè, & euidenter neceſſarios fidei articulos cognoſcere, dummodo non velit de induſtria oculos huic ſoli claudere; hinc planè fieri neceſſe eſt, vt neutra pars parata ſit à ſua ſententia recedere, atque in oppoſitam concedere, ſed vtraq;

velit firmiter pertinaciterque ſuæ phantaſiæ ſiue imaginationi inhærere: niſi concedas, Lutheranos paratos eſſe, ad credendum aliquid fide diuina, contra clariſſimas, & ſolaribus radijs exaratas Scripturas ſacras; adeoque contra ipſam conſcientiam ſuam, quod eſt abſurdiſſimum. Quare non poteſt abeſſe hæreſis à Diſcordia Lutheranorum, quæ longiſſimè abeſt à controuerſia Catholicorum.

Accedit, quòd nec Ieſuitæ, nec Dominicani ſuam ſententiam aſſerant inſtar fidei articuli credendam; ſed ſolù dicant, hanc eſſe *opinionẽ* ſuā de gratiæ diuinæ motione, quando cõuertitur homo. Eſt igitur opinionũ duntaxat diuerſitas inter Catholicos, non autem articulorum fidei, ſicut apud Lutheranos. Et falſum eſt, quod paulò ante citatus prædicās in Apologetico Tubingenſi c.11. fol. 100. ait, *vtramq; partem* (apud

Ca-

Digitized by Google

Catholicos) *ſuæ ſententiæ ita adhærere, vt ex oppoſita neceſſariò & euidenter ſequi ſciat hæreſin.* Hoc verum non eſt, & affingit nobis id Aduerſarius. Aliud enim eſt ſcire, aliud opinari, præſertim opinari cum annexa hac conditione, *niſi aliud iudicet Eccleſia.* Falſum quoq; eſt, quod idem ibidem ait, *eum, qui P V T A T aliquid eſſe de fide, apud animum ſuum præbere illi aſſenſum fidei indubitatum.* Vel pueri norunt differentiam inter aſſenſum indubitatum ac firmum fidei diuinæ, & inter humanam opinionem. Qui verò tantum *putat*, ſiue *opinatur* aliquid eſſe de fide, nondum credit fide diuina aliquid eſſe de fide: quomodo igitur aſſenſum fidei diuinæ indubitatum ei præbet?

Multo aliter ſe res habet in Diſcordia Lutheranorum: vbi vtraque diſſidentium pars fatetur ſuam ſententiam contineri & exprimi in clariſſi-

riſſimis Scripturis, & in libro Concordiæ: eãdemq; eſſe & fundamentalem articulum, & non opinatiuo tantùm aſſenſu, ſed firmiſſima fide diuina abſolutè credendam. Quomodo igitur patrocinatur illis iſthæc conditionata diſputatio ſcholaſtica, quæ inter Ieſuitarum & Dominicanorum opiniones intercedit, toroq; cælo eſt diuerſa? Nihil videt, qui non videt leuiſſimũ & obtuſiſſimum, ſpiculum hoc eſſe, quod nec extremã cutem poſſit rumpere.

SECVNDA OBIECTIO.

SIxtvs V. Biblia Latina vulgata edidit, eaq́ꝫ publico decreto approbauit, & pro emendatiſſimis haberi voluit,: quæ tamen mortuo Sixto Clemens 8. ſuppreſſit, quod grauia periculoſaq́ꝫ menda complura continerent, & alia expurgatis mendis procurauit, promulgauitque.

Ergo

Ergo apud Catholicos non eſt Concordia in fide, aut ſi, hoc non obſtante, concordes ſunt Pontificij, nil obſtat, quo minus & Lutherani ſint concordes.

Resp. ſi ſtatum controuerſiæ penitius inſpicias, facilè fucum & fumum deprehēdes. Quæritur enim an etiam inter Catholicos ſit diſſenſio de comperto aliquo fidei articulo; ſicut eſt apud Lutheranos? Adferunt Aduerſarij decreta duorum pontificum, quorum prior promulgauit ſuam Bibliorum editionem, vt correctiſſimam; poſterior ſuam. Eſtne hoc bellū de aliquo cōperto dogmate fidei? Minimè gentiū. Quam igitur eſt inanis iſte triumphus eſt?

Dices. Diſſenſio eſt de ipſis Biblijs. Resp. 1. Supponis, quod nōdum probaſti. Quia an fuerit diſſenſio inter duos iſtos Pōtifices, eſt quæſtio Facti, de quo varia referuntur. Etſi enim nonnulli putauerint Six-

In Symbolo Catholico f. 91. circa hoc factũ aliter informatus fui.

tum V. in ſua ſententia vſq; ad mortem perſeueraſſe, vt etiam mihi olim relatum fuit, de quo alibi memini, plurimi tamen alij grauiſſimi viri conſtanter aſſerunt, Sixtum V. ante mortem improbaſſe ſuam editionẽ, ideoque aliam impreſſionem cogitaſſe, vti Romanis litteris teſtatur Adamus Tannerus. *Tomo 3. Theol. Diſp. 1. n. 265*. Igitur ex hac relatione, quãdo Clemens 8. poſt mortẽ Sixti, Biblia denuò emendauit, non contra, ſed ſecundùm mentem Sixti fecit: conſequenter nulla fuit inter illos diſſenſio, & ruit tota vis argumenti.

Reſp. II. Ipſa Biblia poſſunt dupliciter ſpectari. 1. quoad dogmata fidei & morum, quæ in ſcriptura cõtinẽtur. 2. quoad alia quædam adiecta, in fidei & morum doctrina non comprehenſa. Iuxta conſideratione̅ poſteriorem fatemur, eſſe aliquã inter has duas editiones varietatẽ, vt ſpecimina, quę mox ſubijciã, perdocebunt.

cebunt. At iuxta priorem conſide-rationem Clementis 8. Biblia nihil continēt aliud, quam Sixti V. Biblia, Neq; enim Clemens vllū nouū dogma fidei addidit in ſuis Biblijs, quod non fuerit in Biblijs Sixti: neq; etiam vllū vetus abrogauit. Quare, quoad dogmata fidei, nulla penitus fuit diſcordia inter Sixtum & Clementem, inter Biblia Sixti & Clementis; Ergo nec inter Decreta illorum.

Inſpiciatur *Elenchus* locorū diſcordantium in vtriſq; Biblijs, quem vulgauit Thomas Iames Anglus Caluiniſta, & oſtendatur diſſidium ſeu contrarietas circa receptum aliquod dogma Catholicæ fidei: oſtendatur error contra vniuerſalem doctrinam Eccleſiæ, quem vel Sixtus in ſuis, vel Clemens in ſuis Biblijs orbi credendum exhibuerit. Quid ergo, inde ſubſidij habent Lutheriſtæ ad ſuam turpitudinem contegendam?

Accipe, optimè Lector, è Nouo

& Ve-

& Veteri Teſtamento, exempla ali-
quot variantium inter ſe textuum in
Biblijs Sixti & Clementis, & ex his
de cæteris facito coniecturam.

IN LIBRO GENESIS.

Cap. 1. v. 2. Clementina editio habet *ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas.*

2. Sixtina. *Spiritus Domini.*

v. 27. Clem. *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam.*

25. Sixt *Creauit Deus hominem ad imaginem* & ſimilitudinem *ſuam.*

Cap. 2. v. 12. Clem. Ibi *inuenitur Bdellium.*

v. 9. Sixt ibique *inuenitur Bdellium.*

v. 15. Clem. *poſuit eũ in* paradiſo *voluptatis.*

12. Sixtin. in paradiſum *voluptatis.*

v 18. Clement. *Non eſt bonum* eſſe hominem *ſolum.*

13 Sixtin. *non eſt bonum* hominem eſſe *ſolum.*

Cap. 3. v. 11. Clẽ. Cui dixit: *quis enim indicauit tibi.*

8. Sixtin. Cui dixit Dominus, *&c.*

v. 18. Clem. *Et comedas* herbam *terræ.*

15. Sixtin. Herbas.

v. 19. Clement. *veſceris pane, donec, &c.*

16. Sixtin. *veſceris pane* tuo, *donec.*

Cap. 4. v. 5. Clement. *Ad Cain* verò.

5 Sixt. *Ad Cain* autem.

v. 7. Clement. *ſtatim in foribus peccatum aderit.*

6. Sixt.

6. Sixt. *peccatum* tuum *aderit*.

V. 9. Clem. num *cuſtos fratris*.

8. Sixt. nunquid *cuſtos*, &c.

V. 15. Clement *poſuitq; Dominus Cain ſignū*.

15. Sixt. In *Cain ſignum*.

IN EVANGELIO S. MATTHAEI.

V. 23. Clem. vocabunt *nomē eius Emmanuel*. *Cap. 1.*

44 Sixt. Vocabitur *nomen* &c.

V. 5. Clement. *In Bethlehem* Iudæ. *Cap. 2.*

4. Sixt. Iuda.

V. 2. Clem. appropinquauit. *Cap. 3.*

1. Sixtin. appropinquabit.

2. Clem *Hic eſt enim*, qui dictus eſt *per Iſaiam*.

2. Sixt. de quo dictum, &c.

V. 6. Clem. *Angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent*. *Cap. 4.*

5. Sixti. vt *in manibus* &c.

V. 11. Clem. *cum maledixerint vobis & perſecuti vos fuerint*. *Cap. 5.*

9. Sixt. *cum maledixerint vobis* homines.

V. 30. Clem *ſi dextera manus tua ſcandalizat te*, abſcide *eam*.

24. Sixtin. abſcinde, &c.

V. 7. Clem. *nolite multū loqui, ſicut Ethnici*. *Cap. 6.*

6. Sixtin. *Sicut Ethnici* faciunt.

Hactenus Thomas Iames in ſuo Elencho, quem Caluinizantes Lutherani prædicātes nobis opponūt.

Ad

Ad quē omninò modum ſeſe habēt & reliqua, quæ in hiſce Biblijs aliquā præ ſe ferūt varietatē; quibus nemo dixerit, mutationem, aut diſcordiā in articulis fidei contineri. Quare nō eſt, cur ſeſe Lutherani ea re adeò titillent, quaſi grande documentū Papiſticæ diſcordiæ obtinuerint.

Vide de hac re Refutationē Manualis Catholici retractati P. Henrici Lamparter art. 2. de Eccleſia §. 2. Libro titulus eſt Geldwag.

Longè rectiùs in ſinum ſuū mitterent manum, & diſſonantiam eorum Bibliorum, quæ ſub Lutheri nomine circumferuntur, *inſpicerent*; Extant editiones, in quibus ponitur tertius & quartus Liber Eſdræ, quos Lutherus eliminauerat, tanquā Fabulis Æſopi vix pares; & tamen dicuntur Biblia ex Lutheri verſione fideliter impreſſa; In alijs legitur 1. Ioan. 5. verſiculus ille. (*Tres ſunt in cælo, qui teſtimoniū dat: Pater, Verbū, & ſpiritus S. & hi tres vnum ſunt.*) quē Lutherus exterminauit: & tamē dicuntur Biblia ex Luthero fideliſſimè impreſſa. In quibuſdam textus

eſt

eſt in certos verſiculos vel paragraphos diſtributus, gloſſis diſſimilibus interſtinctus; nouis ſummarijs auctus, & tamen vocantur Lutheri Biblia maxima fide impreſſa. In nonnullis omnia Lutheri præloquia, exceptis duobus, ſunt omiſſa; gloſſæ item Lutheri partim acciſæ, partim auctæ, pro libitu, & tamen vocitantur Lutheri Biblia ſinceriſſimè & integerrimè impreſſa. Quæ omnia obſeruauit, & diſtinctiùs expreſſit Pareus in libro, cui titulus, Rettung der zu Neuſtatt an der Hardt getruckten Bibel contra Iacobum Andreæ, & in Libro, qui inſcribitur, Sig wider Sigwardt f. 27. & 28.

Ex quo habeant & Lutherani Syllabum hunc pulcherrimarum interpretationũ, quibus D. Oſiander Biblia Lutherana condecorauit, vt appareat, qua reuerentia Verbum Dei prædicantes in animos fidelium inſtillent.

DOCTO-

Ex libro Danidis Parei, cui titulus. Rettung der zur Newſtatt an der Hardt geſtruckten teutſchen Bibel/ *contra Iacobũ Andreæ. in 4. Ambergæ 1592. fol. 22.*

DOCTORIS OSIANDRI

Interpretationes Biblicæ.

Deuteronomij 21. Er iſt ein loſer verſoffner Vnflat / der nichts kan / dann Fräſſen vnnd Sauffen/ vnnd ſich vnſtättig halten/ein loſer Vogel. Deuteron. 22. Si quis inuenerit puellam Virginem, quæ nõ habet Sponſum, & concubuerit cũ illa, &c. habebit eam vxorem, nec poterit eam dimittere cunctis diebus vitæ ſuæ; Vnd ſolte er daran erworgen. Deut. 29. Daß nicht volle vnd lehre; Kuhe vnnd Kalb muß mit einander gehen. Num: 24. Troll dich / da du herkommen biſt / in aller Teuffel namen. Nehem. 6. Wer ſich fürchtet/der ziech ein Panzer an. Iob. 9. Ich hab das Leberlin freſſen. Iob. 11. Wers Glück hat/dem kälbert ein Ochſe. Iob. 38. Es wird mit einem Dreck verſigelt ſein/vñ ſtehn wie ein Peltz auff den Ermeln. Prouerb. 19. Eccleſ. 7; Sie haben weitte Gewiſſen / man möchte junge Hund dardurch beuteln, Prouerb. 24. Wann ein Baur begehret einäugig zuſein/ daß der Schuldtheiß blind were / das muß doch ein böſer Lecker ſein. Prouer. 13. Die Hoffſuppen ſeind gut/ man muß aber hohe ſprünge darnach thun. 1. Sam. 16 Da da regnets recht. 1. Reg. 21. Man muß die Baurn nit gewehnẽ / daß man ſie hoch bitte. 2. Reg. 6. Oder Gott ſchende mich / der

Kopff muſt jhm noch heim herab/ vnd wann er ſtählin were. 2. Reg 9. Sie bließ in die Büchs/ die alte Vettel. 2. Reg. 21. Da rennen ſie für lauter Teuffeliſcher Andacht/ Spornſtraichs dem hölliſchen Fewer zu. 2. Reg. 23. Es hilfft weder Cryſam noch Tauff an jhm. 2. Par. 28. Er iſt Teufliſch heylig geweſen/ vnd für lauter Andacht zum Teuffel gefahren. Ieſ. 1. Dancks euch der Teuffel Ieſ. 7. Ehe Chriſtus geborn wird/ ſo wirde der Teuffel diſe zwen König wege geführt haben. Ierem. 5. Wenn der Hirt nicht vom Wolff/ vnnd der Pfaff nit vom Teuffel ſagen künde/ wovon wolten ſie beede Reden? Oſeæ 6. Es wird ſie der Teuffel mit jhren Feyertagen erlauffen. Amos 6. Pfaff mach dich auß dem Staub/ oder der Teuffel ſoll dich erlauffen. Zach. 11. Der Teuffel ſey ewer Hirt. Iob. 6. Dancks euch der Teuffel/ vnnd kein anderer Heyliger. 1. Sam. 28. Will Gott nicht helffen/ ſo helff der Teuffel. 1. Reg 20. Wen der Teuffel will hinführen/ der iſt nit ſicher auff dem Altar. Ieſ. 40. Sie Wegen drey Loth weniger/ dann gar nichts. Ieſ. 45. Lieber lerne deinẽ Vatter nit Kinder zeugẽ. Ieſ. 47. Sie werdẽ die Nadel ſehen/ aber das Schewerthor werdẽ ſie vbergaffẽ. Ieſa. 65. Es iſt verlorn/ wie eines Juden Seel. Ier. 25. Sprich zu jnen/ ſauffet dz euch es das hertz abſtoſſe.

Ioel.

Ioel. 3. Ich will euch das hölliſche Fewer auff den Kopff geben. Zach. 5. Wann einer eine Hurꝛe gen Rom ritte/ ſo köndte er Sigel vnd Brieff herauß bringen / daß es ein Hengſt were. Malach. 1. Es iſt dem Pfaffen gut gnug / ſprechen ſie / will ers nit/ ſo faſte er/ oder iſt er nit hebig darmit/ ſtecke er ein Stäblin darzu. Ieſa. 56. Wolher ſpꝛechen ſie/ Wein her/ iſts bald gebratten / wir wöllen ſauffen / daß Bintzen inn vns wachſen müſſen/ ꝛc.

Hæc ex Oſiandro Pareus. Quid ais, candidiſſime Lector, ad iſtam Bibliorum ſub Lutheri nomine editorum diuerſitatem? ad iſta Sacrarum litterarũ interpretamenta, quæ Verbo Dei appoſuit Wirtẽbergicus Prædicans? Hoc conſentaneum eſt illi toties à Lutheranis iactato, Deut. 4. *Non addetis ad Verbum, quod vobis loquor?* Sic homines docentur, cum timore Dei tractare Biblia? *Væ vobis* (Prædicantes) *Hypocritæ, Duces cæci excolantes pulicem, camelum autem glutientes. Trabem* in veſtris oculis non videtis, & eijcere vultis *feſtucam* ex oculis Catholicorũ? Omnes machinas

Matth. 7. v. 4. Lucæ 6. v. 42.

chinas & tormenta adhibete: Nullā in fidei dogmatibus diſcordiā ex Decretis Clementis 8. & Sixti V. extorquebitis. Concordia fidei inter mēbra Catholicæ Eccleſiæ ſemper fuit, hodieq́, eſt pluſquā adamātina, nulloq́; erit violabilis æuo. Ah fruſtra eſtis! Non demonſtrabitis vnquā diſſenſionem circa articulos fidei in ea Eccleſia, quæ *vna* eſt, quæ *ſancta* eſt, quę *catholica* eſt, quę deniq; *columna* eſt & *firmamentum* veritatis. Non eſt Bellū fidei, vbi multitudinis credentiū cor vnū, & anima vna Ite; aliam quercū excutite. *Vere Dominus eſt in loco iſto: nō eſt hic aliud, niſi Domus Dei & porta cæli.* Apud vos verò, Lutherani, nulla eſt Concordia: quia Dn̄s Cōcordiæ & pacis nō eſt vobiſcum, neq́; vllū mediū ad Concordiā Cōcilia generalia fugitis: Iudicē loquētē timetis: Scripturas ſacras in ſuum quiſq; ſenſum flectitis. Quid vobis ſupereſt, niſi infelix & illætabile *bellū?* Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Actor. 4.

Geneſ. 28.

EPI-

EPILOGVS
AD CHRISTVM

Ierem. 9. v. 1.

QVIS dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrimarum, vt plorem interfectos populi tui, O CHRISTE IESV, quem tu non corruptibilibus auro vel argento, ſed pretio ſanguinis tui redemiſti? Ecce fremuerunt gentes, & Vbiquiſtæ meditati ſunt inania: Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum, rurſum crucifigentes te Dei filium, priſcis

priſcis tuis crucifixorib⁹ crudeliores Illi enim te in mortali adhuc corpore degētem, ignorantes quid agerent, cruci ſuffixerūt: Hi verò in te iam immortali corpore glorioſum, ore & manu graſſantur.

Quinque ſunt præcipuè in te, quæ ſpecioſum faciunt pręfilijs hominum; DIVINITAS videlicet tua, HVMANITAS, PERSONA, duarum naturarum VNIO, & COMMVNICATIO Idiomatum. Hæc quinque in te euertere conantur Vbiquiſtæ; quinque vulneribus, quātum in ipſis eſt, denuò tibi impoſitis; vt eradant te de terra viuentium, & nomen tuum non memoretur amplius.

Si-

formam Dei. Et rurſum, *In quantum homo* (*Chriſtus*) *in tantum Mediator; in quantum autem Verbum, non medius, quia æqualis Deo.* O ſi Vbiquiſtæ antiquam hāc Auguſtini tui ſemitam ambulaſſent, profectò nunquā te *Dominum gloriæ* rurſùs crucifixiſſent.

Lib. 10. Confeſ. c. 43. b.

Altero clauo alteram manum tuam, hoc eſt, HVMANITATEM transfigunt Vbiquitarij, dum cum Luthero *c* dicunt *tuam carnem eſſe cum Deo vnam perſonam, longiſſimeq́; extra creaturas collocādam; imò tam longè, quam Deus ipſe eſt extra creaturas.* At ſi caro tua extra creaturas eſt, tam longè quam Deus, quid aliud eſt, quam

c Lutherus in confeſſ. de Cœna Domini.

Schmidelinus in Colloquio Herzbergenſi fol. 150.

Deus? an in Eccleſia tua Catholica, cui omnem veritatem promiſiſti, vnquam tam barbara & peregrina vox inſonuit? Chriſti Humanitas eſt Deus? Caro Chriſti eſt Deus? Antea, ô Chriſte, ad Humanitatem vſque deprimebant Diuinitatem tuam: iam vſq; ad Diuinitatem extollunt Humanitatem tuam. Quis non dicat Vbiquiſtas vſq; ad Inſaniam amiſiſſe intelligentiam ſuam?

Sed vide inconſtantiam illorum: turbati ſunt & moti ſunt, ſicut ebrius, & omnis ſapientia eorum deuorata eſt. Nimirum *ſimulate* tantùm, & non VERE paſſum ac mor-

Digitized by Google

mortuum te iam fingunt noui Marcioniſtæ: quid ſupereſt, niſi vt etiam te *ſimulatè*, & non *verè* Hominem fuiſſe dicant, teque crudeliùs Humanitate tua exuant, quàm Iudæi veſte tua? O ingrata pectora! Tam tibi caro ſtetit humani generis Redemptio, & iã *ſimulationem* ex tãtis laboribus, & doloribus, & cruciatibus tuis faciunt Vbiquiſtæ.

Saxonici de Marcioniſmo accuſant VVirtenbergicos.

Nec dulciſſimo PECTORI tuo parcit Vbiquiſtica ſæuitia, PERSONAE inquã tuæ diuiniſſimæ. Sicut enim inter vtrãque manũ ſeu brachium, pectus medium intercedit, ita inter vtramque naturam tuam, diuinam & humanam,

 quaſi

um, ſine quo non eſt Homo. Quomodo ergo verum eſt Symbolum quod ait, te fuiſſe mortuum? Corpore manſiſſe in ſepulchro? tertia die reſurrexiſſe? Reſurgere namque non potuiſti, ſi nunquam mortuus fuiſti: ſi cum vtraq; natura tua integra, Deus & Homo, ad Inferos deſcendiſti. Eheu! quas ſcalas, quæ præcipitia ſibi ſtruunt Lutherani ad exitium ſempiternum?

Nihil dico de Neſtorianiſmo, duas in te perſonas adſtruente, cuius alteri alteros ex Vbiquiſtis accuſant. Nihil dico de *Inferni cruciatibus*, quos te ſuſtinuiſſe ex ijſdem nonnulli aſſerunt; quæ tam blaſ-

VVirtenbergici accuſant Neſtorianiſmi Saxonicos & Haſſiacos in

Bello nouo Vbiquiſtico ſupra.

phema ſunt, vt nec Diabolus poſſit aliquid horribilius ex Cerbereis ſuis faucibus eructare. Et tamen verè Orthodoxi, γνησίως Lutherani, purè Euangelici volunt iſti ſalutari. O Iesv Christe, quàm procul hæc abſunt à puro Euangelio tuo?

Liber Concordiæ & alij Vbiquiſtæ paſſim.

Jam & pedem tuum dextrum immani clauo tranſuerberant, dum propter Vnionem Hypostaticam corpus tuum Vbiqve in omnibus beſtijs, lapidibus, lignis, eſculentis, poculentis, Cantharis cereuiſiariis, cloacis, ac reliquis creaturis collocant: qua ratione fit, vt ſimul atq; in vtero Beatiſſimæ Virginis

ginis concepta fuit tua *Humanitas* illa eodem tempore etiam cœperit eſſe in Vtero Herodis, Pilati, Iudæ, & aliorum ſceleratiſſimorum hominum; item poſt nonum menſem verè adhuc in vtero Beatiſſimæ Virginis permanſiſſe; nec inde exijſſe, ſed ſolum apparenter & metaphoricè te natum eſſe, aut de loco in locum tranſijſſe, &c. quæ omnia ſunt ab Orthodoxa antiquitate nimium quantum aliena.

QVINTO denique etiam ſiniſtrũ pedem tuum dilacerant, dũ docent, duas naturas in te ita vnitas eſſe, vt Diuinitatis proprietates realiter com- *Lib. Concordia edit. Tu.*

bing. fol. 311. b. & edit. Lipſienſis Lat. f. 782.

communicatæ ſint Humanitati; & viciſſim. Hinc dari REALEM communicationem IDIOMATVM inter vtrãque tuam naturam: Quæ doctrina fidem Chriſtianam innumeris abſurdis contaminat, & hoſtibus tuis extremè contemptibilem reddit. Si enim Humanitati tuæ, ob Vnionem hypoſtaticam, communicata eſt Omnipræſentia & omnipotentia, cur non etiam communicata ſit æternitas, immaterialitas, impaſſibilitas, infinitas, & cætera attributa diuina? Quæ apertiſſimè ſunt falſa, impia & abſurda.

Verùm O CHRISTE IESV, tu

tu, qui reſurgens ex mortuis iam non moreris ampliùs, ſed in cœlis habitas, irriſiſti Vbiquitarios iſtos, & ſubſannaſti eos. Immiſiſti gladium in omnia caſtra illorum, & ecce! Surgit gens contra gentem: mutuaq́; ſe cæde truncant, dilaniant, ac bellum internecinum inter ſeipſos gerunt: quiq́ue in ſacratiſſimam carnem tuam vehementer iniurij fuerant, nunc ſeipſos mordent, comedunt & lacerant donec ab inuicem conſumantur. Iuſtus es, Domine, & recta iudicia tua. Volebant Vbiquitatis turrim VVirtenbergici & Saxonici ædificare, cuius culmen ad

Pſalm. 2.

Iudicum 7.

Gene. 5.

cœlum pertingeret. Tu verò, qui ſuperbis reſiſtis, confudiſti linguam eorum, vt non audiat iam vnuſquiſque vocem proximi ſui. Intra ſe diuiſum ac deſolatum eſt regnum eorum, vnde non poteſt ſtare; ſed Domus Vbiquitatis ſupra Domum cadit.

Matth. 12. *Marci* 3. *Luca* 11.

Ac licet hæc hoſtium tuorum DISSENSIO innotuerit in auribus populi ſancti tui, vt tamen audiãt eam omnes gentes, & auribus percipiant omnes, qui habitant orbem; ad honorem nominis tui ſpectat, vt annuncietur DVPLEX BELLVM hoc Vbiquiſticum in vniuerſa terra, & nota fiat in populis non ſolum virtus tua,

Pſam. 48. *Iſaia* 12. *Pſal.* 75. 1. *Petri* 2.

tua, ſed & hoſtium tuorum
imbecillitas; fiet, ſpero, adiu-
uante diuina gratia tua, vt
multi eorum, qui, ſicut oues
errantes, ſequuntur Caſtra
Zebee & Salmana, & clau- *Iudicum*
dicant in vtramque Vbiqui- 8.
tatis partem, agnoſcant erro-
rem ſuum, fugiantque à pa-
ſtoribus iſtis, qui ſeduxerunt *Ierem.* 50
eos, inter quos vident eſſe
contentiones, rixas, Schiſ-
mata & bella: & conuertan-
tur ad te verum, & vnicum, & 1. *Petri*
pacificum paſtorem anima- 2.
rum ſuarum, fiatq; vnum O-
uile & vnus Paſtor, vt ita vno *Ioan.* 10.
ore, & vno ſpiritu, honorifi-
cemus TE VNVM DOMI-
NVM NOSTRVM IESVM
CHRI-

Digitized by Google

CHRISTVM per æternitates innumerabiles Amen.

Ad maiorem Dei gloriam & Eccleſiæ Catholicæ defenſionem, cuius iudicio omnia ſubiecta volo.

Menda typographica beneuolus Lector emendabit.

BIBLIOTECA

Digitized by Google

Digitized by Google

9-3-2

ogle